

BENEDICTIONALE STRIGONIENSE

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE ÆVORUM

condita a Ladislao Juhász

SERIES NOVA

condita ab Antonio Pirnát

Tomus XVIII

Consilium editorum

Andreas Vizkelely præses,

Blasius Déri, Ladislaus Havas, Iosephus Jankovics, Petrus Kulcsár,

Editha Madas, Clara Pajorin, Georgius Székely

Seriem redigunt

Enikő Békés et Ladislaus Szörényi

Subseries

MONUMENTA RITUALIA HUNGARICA

Tomus III

Subseriem redigit

Blasius Déri

Institutum Litterarum Academiæ Scientiarum Hungariæ

Sectio Litterarum Renascentium

Universitas de Rolando Eötvös nominata

Facultas Artium

Institutum Antiquitatis

Cathedra Litterarum Latinarum

[http:// latin.elte.hu/mrh](http://latin.elte.hu/mrh)

MONUMENTA RITUALIA HUNGARICA III  
Bibliotheca Scriptorum Medii Recentisque Ævorum

**Benedictionale Strigoniense**

1075–1100, Zagrabia, Knjižnica Metropolitana MR 89

ediderunt

ATTILA JÓZSA

NICOLAUS STEPHANUS FÖLDVÁRY

Argumentum Kiadó  
BUDAPEST 2014

Published with the financial support of the Ministry of Education and Culture  
through the National Cultural Fund (NKA)  
under the projects numbered K 78680 and 109058  
of the Hungarian Scientific Research Fund Programmes (OTKA)  
and the Hungarian Academy of Sciences (MTA)  
through the János Bolyai Research Scholarship

Edited and introduced by  
ATTILA JÓZSA  
MIKLÓS ISTVÁN FÖLDVÁRY

Supervision by  
BALÁZS DÉRI

Scrutinised by  
EDIT MADAS

English translations by  
ERVIN JÁNOS ALÁCSI

English translations scrutinised by  
DÁNIEL MICHAEL SEAGER-SMITH

Cover design by  
MÁRIA HODOSI

Cover: XXX

HU ISSN 0133-6711 (BSMRÆ)  
HU ISSN 2060-6796 (MRH)  
ISBN XXX-XXX-XXX-XXX-X (BS)

© Argumentum Publishing House, 2014  
© Attila Józsa, Miklós István Földvály, 2014

*All rights reserved. No part of this book may be reproduced or translated in any form, by print, photoprint, microfilm, microfiche, digital copy or any other means without written permission from the publisher.*

PRINTED IN HUNGARY

## Index titulorum

### TEXTUS

I. [Incipiunt benedictiones]	5
Dominica prima in Adventu Domini	5
Feria quarta	5
Feria sexta	6
Dominica secunda	7
Feria quarta	7
Feria sexta	8
Dominica tertia	9
Feria quarta	10
Feria sexta	10
Dominica ante Nativitatem Domini	11
Feria quarta	11
Feria sexta	12
In vigilia Nativitatis Domini	12
Ad missam priorem	13
Ad secundam missam	14
In die sancto Nativitatis Domini	14
In natali sancti Stephani	15
In natali sancti Ioannis	16
In natali sanctorum Innocentum	16
In octava Domini Nativitatis	17
In octava sancti Stephani	17
In octava sancti Ioannis	18
[In octava sanctorum Innocentum]	18
In vigilia Epiphaniæ	18
In die sancto Epiphaniæ	19
In octava Epiphaniæ	20
Dominica prima post Nativitatem Domini	20
Feria quarta	21
Feria sexta	21
Dominica secunda	22
Feria quarta	22
Feria sexta	22
Dominica tertia	23
Feria quarta	23
Feria sexta	23
Dominica quarta	24
Feria quarta	24
Feria sexta	24
Dominica quinta	25
Feria quarta	25
Feria sexta	25
In natali sancti Silvestri	26
In natali sancti Pauli, primi eremitæ	26
In natali sanctorum martyrum Fabiani et Sebastiani	27

In natali sanctæ Agnetis virginis	27
In natali sancti Timothei apostoli	27
In Conversione sancti Pauli	28
In Purificatione sanctæ Mariæ	28
In Cathedra sancti Petri apostoli	29
In natali sancti Matthiæ apostoli	29
In natali sancti Vincentii martyris	30
In natali sancti Gregorii papæ	30
In natali sancti Benedicti abbatis	30
In Annuntiatione sanctæ Mariæ	31
Dominica in Septuagesima	31
Feria quarta	32
Feria sexta	32
Dominica in Sexagesima	32
Feria quarta	33
Feria sexta	33
Dominica in Quinquagesima	33
In capite ieiunii, feria quarta	34
Feria quinta	34
Feria sexta	35
Dominica in Quadragesima	35
Feria secunda	36
Feria tertia	36
Feria quarta	37
Feria quinta	37
Feria sexta	37
Sabbato	38
Dominica secunda	38
Feria secunda	39
Feria tertia	39
Feria quarta	39
Feria quinta	40
Feria sexta	40
Sabbato	40
Dominica tertia	41
Feria secunda	41
Feria tertia	42
Feria quarta	42
Feria quinta	42
Feria sexta	43
Sabbato	43
Dominica in media Quadragesima	43
Feria secunda	44
Feria tertia	44
Feria quarta	45
Feria quinta	45
Feria sexta	45
Sabbato	45
Dominica de Passione Domini	46
Feria secunda	46
Feria tertia	47

Feria quarta	47
Feria quinta	47
Feria sexta	48
Sabbato	48
In dominica Palmarum	48
Feria secunda	49
Feria tertia	50
Feria quarta	50
In Cena Domini	50
In Sancto Sabbato Paschæ	51
In dominica Paschæ	52
Feria secunda	52
Feria tertia	53
Feria quarta	53
Feria quinta	54
Feria sexta	54
Sabbato	54
Dominica prima post Albas	55
Dominica secunda	55
Dominica tertia	56
Dominica quarta	56
Dominica quinta	57
Feria secunda	58
Feria tertia	58
Feria quarta in vigilia Ascensionis Domini	58
In Ascensione Domini	59
Dominica prima post Ascensionem Domini	60
In vigilia Pentecostes	60
In sancto die	61
Feria secunda	61
Feria tertia	62
Feria quarta	62
Feria quinta	63
Feria sexta	63
Sabbato	63
In octava Pentecostes	64
Dominica de sancta Trinitate	64
Dominica prima post octavam Pentecosten	65
Dominica secunda	66
Dominica tertia	66
In quattuor temporum, feria quarta	67
Feria sexta	68
Sabbato duodecim lectionum	68
Dominica quarta	68
Dominica quinta	69
Dominica sexta	70
Dominica septima	70
Dominica octava	71
Dominica nona	72
Dominica decima	72
Dominica undecima	73

Dominica duodecima	74
Dominica decima tertia	75
Dominica decima quarta	75
Dominica decima quinta	76
Dominica decima sexta	77
Dominica decima septima	77
Feria quarta	78
Feria sexta	79
Sabbato	79
Dominica decima octava	80
Dominica decima nona	80
Dominica vigesima	81
Dominica vigesima prima	82
Dominica vigesima secunda	82
Dominica vigesima tertia	83
Dominica vigesima quarta	84
In sancti Georgii	85
In litania maiore	85
In Inventione sanctæ Crucis	85
In vigilia Ioannis Baptistæ	86
In die sancto	86
In vigilia apostolorum	86
In die sancto Petri et Pauli	87
In natali sancti Pauli	87
In sanctæ Mariæ Magdalenæ	88
In sancti Iacobi	88
In Ad Vincula Petri	89
In Inventione sancti Stephani	89
In vigilia sancti Laurentii	89
In die sancto	90
In Assumptione sanctæ Mariæ	90
In Decollatione sancti Ioannis Baptistæ	91
In Nativitate sanctæ Mariæ	91
In Exaltatione sanctæ Crucis	92
In honore sancti Michaelis	92
In vigilia Omnium Sanctorum	93
In festo Omnium Sanctorum	93
In natali sancti Martini	94
In natali sanctæ Cæciliæ	95
In natali sancti Andreæ	95
In natale sancti Nicolai	95
In vigilia unius apostoli	96
In natali unius apostoli	96
In natali unius evangelistæ	97
In vigilia plurimorum apostolorum	97
In natali plurimorum apostolorum	98
In natali unius martyris	99
In natali plurimorum martyrum	99
In natali unius confessoris	100
In natali plurimorum confessorum	101
In natali unius virginis	101



In natali plurimarum virginum	102
In ordinatione episcopi	102
In conventu episcoporum	103
Quando fratres ad sua redeunt	104
Super regem in synodo	104
Super regem tempore synodi	105
In tempore belli	105
Pro mortalitate	106
Pro iter agentibus	107
Pro navigantibus	107
Benedictio super ancillas Dei	108
Super sponsum et sponsam	108
In synodo prima die	109
In secunda die	109
In tertia die	110
Benedictio de sancta Cruce, quando volueris	110
II. Oratio simul et benedictio pontificis ad confirmandos pueros	111
III. Ordo, qualiter in Romana ecclesia ecclesiastici eligendi sunt et consecrandi	113
Ordo cantorum	116
Ordo ostiariorum	116
Ordo lectorum	117
Ordo exorcistarum	118
Ordo acolythorum	119
Ordo subdiaconorum	120
Ordo diaconorum	122
Ordo presbyterorum	124
IV. Ordo ad dedicandam ecclesiam	129
[Benedictio minor salis et aquæ]	129
[Tres circuitus cum stationibus ante ostium ecclesiæ]	131
[Ingressus pontificis et inscriptiones per pavimentum]	133
[Benedictio et aspersio aquæ Gregorianæ]	134
[Consecratio basilicæ]	137
[Unciones et incensatio]	138
[Consecratio altaris]	139
[Consecratio tabulæ]	142
Benedictio lintheaminum	143
Benedictio lintheaminum et aliorum in usum sacri ministerii	143
Benedictio ad omnia vasa, lintheamina et instrumenta ecclesiæ dedicatæ	143
Benedictio ad omnia ornamenta in usum ecclesiæ	144
Benedictio vestimentorum sacerdotalium seu leviticorum atque sequentis ordinis	145
Benedictio ad albas, planetas, stolas et cingula	145
Benedictio stolarum	146
Benedictio corporalis	146
[Consecratio patenæ]	147
[Consecratio calicis]	147
[Depositio reliquiarum]	148
[Missa]	151



TEXTUS



## Conspectus siglorum

- S** « Strigoniensis » id est Benedictionale ecclesiae cathedralis Strigoniensis (Esztergom/Gran) circa 1075–1092 exaratum, hodie: Zagreb, Knjižnica Metropolitana MR 89
- B** « Brunsvigensis » id est Benedictionale ecclesiae collegiatæ sancti Blasii Brunsvigensis sæculi XIII–XIV, hodie: Wolfenbüttel, Landes-Hauptarchiv MS VII B 313
- M** « Magdeburgensis » id est Pontificale ecclesiae cathedralis Magdeburgensis vel Parthenopolitanæ (Magdeburg) sæculi XIV, olim: Magdeburg, Domgymnasium MS 154, postea destructum, cuius tamen edita fuerat pars benedictionalis (56<sup>v</sup>–90<sup>v</sup>) a Guillelmo (Willy) LÜDTKE: « Bischöfliche Benediktionen aus Magdeburg und Braunschweig », *Jahrbuch für Liturgiewissenschaft* V (1925) 97–122.
- H** « Hartwick » id est Pontificale Chartvirgi (episcopi cuiusdam nomine vulgo Hartwick) probabiliter ecclesiae cathedrali Strigoniensi circa 1090 exaratum, hodie: Zagreb, Knjižnica Metropolitana MR 165
- Z** « Zagrabiensis » id est Pontificale ecclesiae cathedralis Zagrabiensis (Zagreb) sæculi XIII ineuntis, hodie: Knjižnica Metropolitana MR 124, editum a Ioanne (Ivan) ŠAŠKO: *Zagrebački pontifikal MR 124 (Metropolitanska knjižnica u Zagrebu, MR 124). Diplomatičko izdanje rukopisa i prikaz liturgijskoga ozračja*. Societas historica archi-episcopatus Zagrabiensis — Društvo za povjesnicu Zagrebačke nadbiskupije ›Tkalčić‹, Zagreb 2005. Monumenta liturgica ecclesiae Zagrabiensis — Bogoslužni spomenici Zagrebačke crkve 1)
- C** « Corpus » id est Edmundus Eugenius (Edmond Eugène) MOELLER OSB: *Corpus benedictionum pontificalium*. Brepols, Turnhout 1971–1979. (Corpus Christianorum. Series Latina 162 A–C)

## Conspectus abbreviationum

<i>add.</i>	addit/addunt
<i>cf.</i>	confer
<i>coni.</i>	conieci
<i>corr.</i>	correxī/correctum est
<i>del.</i>	delet/delent
<i>ibid.</i>	ibidem
<i>om.</i>	omittit/omittunt
<i>orig.</i>	originaliter (in ipso codice a manu coævo vel saltem mediævali)



/1'/

**I. [Incipiunt benedictiones]<sup>1</sup>****DOMINICA PRIMA IN ADVENTU DOMINI<sup>2</sup>**

1.

SBM+

**O**MNIPOTENS Deus, cuius Unigeniti adventum et<sup>3</sup> præteritum creditis, et futurum expectatis: eiusdem adventus vos illustratione sanctificet, et sua benedictione locupletet. **R. Amen.**

In præsentis vitæ stadio vos ab omni adversitate defendat, et se vobis in iudicio placabilem ostendat. **R. Amen.**

Quo a cunctis peccatorum contagiis liberati, illius tremendi examinis diem expectetis interriti. **R. Amen.**

Quod ipse<sup>4</sup> præstare dignetur, cuius regnum et imperium · sine fine permanet in sæcula sæculorum. **R. Amen.**

<sup>1</sup> *S om., cf. B*

<sup>2</sup> *M prima] Adventus Domini Ad te levavi animam*

<sup>3</sup> *B om.*

<sup>4</sup> *S orig. add. ipse] vobis*

2. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS Deus, cuius adventum et<sup>1</sup> humilem in carne celebratis, et in maiestate terribilem fideliter expectatis: in hoc<sup>2</sup> vobis misericors /1'/ remittat, quod displicet, ut in illo districtus non inveniatur, quod condemnet. **R. Amen.**

Expergeficiat vos modo a somno torporis et negligentiae, qui, tunc veniens, omnes vult in bono opere vigilantes invenire. **R. Amen.**

Quatenus perfecte abiicientes opera tenebrarum, in illo tremendo examine cum filiis lucis et diei mereamini feliciter censeris. **R. Amen.** Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> *B om.*

<sup>2</sup> *B hoc] adventu*

**FERIA QUARTA**

3.

SB

**O**MNIPOTENS Deus deponat pristinam<sup>1</sup> in vobis conversationem veteris hominis, qui corrumpitur secundum desideria vanitatis. **R. Amen.**

Atque renovatos spiritu vestrae mentis,<sup>2</sup> induat vos novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. **R. Amen.**

<sup>1</sup> *S pristina*

<sup>2</sup> *B spiritu] mentis vestrae*

Ut inhærentes Deo vero Patrique veritatis, diabolum mendacem, patrem mendacii sub pedibus conteratis. *R. Amen. Quod ipse præstare.*

4. *Alia:*

*SB*

**O**MNIPOTENS Deus, qui pro nobis venit, et siluit, veniet autem, et non silebit: modo vos in /2/ patientia sua misericorditer adducat ad pænitentiam, ut tunc iustam eius valeatis sustinere censuram. *R. Amen.*

Corrigat vos iudex etiam<sup>1</sup> exemplo sui præconis, ut, in deserto huius sæculi, tamquam advenæ et peregrini, abstinentes vos a carnalibus desideriis, etiam superflua vestium lenocinia respuatis. *R. Amen.*

Statuat vos modo ante faciem vestram, ut videntes vestra peccata, faciem eius in confessione præveniatis, ne tunc terribiliter arguat vos, et in conspectu angelorum et hominum sine fructu erubescatis. *R. Amen. Quod ipse præstare dignetur.*

<sup>1</sup> *B om.*

## FERIA SEXTA

5.

*SB*

**A**UFERAT a vobis Deus appetitum popularis gratiæ, et animos vestros vere dignitatis inspiret amore. *R. Amen.*

Liberet vos a<sup>1</sup> pernicioso æmulationis vitio, et fraternæ necessitatis insudare vos concedat obsequio. *R. Amen.*

Ut, infusi<sup>2</sup> Spiritu caritatis mutuæ, paratum vobis regnum ab initio sæculi valeatis possidere. *R. Amen. Quod ipse præstare dignetur.*

<sup>1</sup> *S om.*

<sup>2</sup> *B infuli*

6. *Alia: /2/*

*SB*

**D**EUS pacis, qui est benedictus in sæcula: benedicat et sanctificet vos per omnia, ut per dignos fructus pænitiæ valeatis venturam iram declinare. *R. Amen.*

Excolat<sup>1</sup> vos superabunda[n]te gratia, et internæ<sup>2</sup> suavitatis fructu faciat exuberare, ut securim iustæ ultionis, pertingentem · usque ad divisionem spiritus et animæ, dignetur in æternum sublevare. *R. Amen.*

Excoquat in vobis igne Sancti Spiritus<sup>3</sup> rubiginem et scoriam inolitæ pravitatis, ut,<sup>4</sup> quandoque cum ventilabro veniens aream suam purgare, non cum paleis in ignem, sed cum tritico vos dignetur in horreum congregare. *R. Amen. Quod ipse præstare.*

<sup>1</sup> *B extollat*

<sup>2</sup> *B in æternæ*

<sup>3</sup> *B igne] Spiritus Sancti*

<sup>4</sup> *B om.*



DOMINICA SECUNDA<sup>1</sup>

7.

SBM+

**O**MNIPOTENS Deus placido vos vultu respiciat, et in vos donum suæ benedictionis infundat. **R.** Amen.

Et, qui hos dies fecit incarnatione Unigeniti sui sollemnes, a cunctis præsentis vitæ et futuræ adversitatibus vos reddat indemnes. **R.** Amen.

Ut, qui de adventu Redemptoris nostri secundum /3'/ carnem devota mente lætamini, in secundo, cum in maiestate sua venerit, præmiis æternæ vitæ ditemini. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> M *secunda*] Populus Sion

8. Alia:

SB

**D**EUS, qui vos<sup>1</sup> ex lectione sancti Evangelii de vicino terruit superventu<sup>2</sup> iudicii: auferat de cordibus vestris nocivum amorem mundi transeuntis, ut, dum signis evidentibus sub oculis vestris · suis cottidie percussioibus atteritur, desiderium eius vestris mentibus elabatur. **R.** Amen.

Aperiat vobis aurem cordis, ut verba eius, quæ, cælo et terra transeuntibus, non transeunt, sollicite audiat, et propinquantem mundi terminum, quem<sup>3</sup> tot signa prænuntiant,<sup>4</sup> timeatis. **R.** Amen.

Quatenus, amatoribus mundi præ timore arescentibus, motis etiam supernis virtutibus, sic metum ex bona conscientia possitis temperare, ut in spem sequentis gloriæ cum sanctis capita vestra audeatis levare. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B nos

<sup>2</sup> B super adventu

<sup>3</sup> B quæ

<sup>4</sup> S pronuntiant

## FERIA QUARTA

9.

SB

**D**EUS, qui dives est in misericordia: a principibus et potestatibus aeris · ieiuniorum vos /3'/ munit observantia. **R.** Amen.

Et qui ante mundi constitutionem vos elegit in filiorum adoptionem, gratuitæ electionis suæ impleat in vobis prædestinationem. **R.** Amen.

Ut in futuri examinis die tremenda, ab auditione mala<sup>1</sup> non timentes, a dextra<sup>2</sup> beatitudinis Dei collocemini gratulantes. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B *om.*

<sup>2</sup> B timentes] ad dexteram

## 10. Alia:

SB

**D**EUS immensus, qui parvus pro nobis<sup>1</sup> dignatus est fieri, ut de grano sinapis arbor magna succresceret, in cuius ramis cæli habitarent: faciat vos alis virtutum ad cælestia per contemplationem subvolare,<sup>2</sup> ut cum sanctis avibus, quas terrena non deprimunt desideria, mereamini in ramis eius habitare. **R. Amen.**

Quique regno suo violentiam fieri<sup>3</sup> desiderat, ut in locum iusti peccator succedat,<sup>4</sup> præsumptionem hanc inspiret cordibus vestris<sup>5</sup> et animis, ut et ipsi in locum iustorum conversi subintroeatis. **R. Amen.**

Ut qui regnum suum humilibus proposuit · et quietis, /4/ humiles vos et a sæculari appetitu quietos faciat et fraterno schismate, ut et<sup>6</sup> ipsi regnum hoc cum benedictionis filiis mereamini possidere. **R. Amen.** Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B qui] pro nobis parvus

<sup>2</sup> B sublevare

<sup>3</sup> Malim fieri] non

<sup>4</sup> B accedat

<sup>5</sup> B hanc] cordibus vestris inspiret

<sup>6</sup> B schismate] et ut

## FERIA SEXTA

## 11.

SB

**D**EUS, a quo est omnis scientia divinitus inspirata: Scripturarum sanctarum vobis per Spiritum suum revelet arcana. **R. Amen.**

Præstet vobis ex his, quæ scripta sunt, salutarem haurire doctrinam, ut habeatis spem certam, consolationem indefessam · et firmam patientiam. **R. Amen.**

Quatenus, earum ædificatione per caritatem instructi, et vocem eius audire, et speciem eius, quæ omnem sensum exsuperat, videre mereamini. **R. Amen.**

Quod ipse præstare.

## 12. Alia:

SB

**D**EUS Emmanuel, qui, ut hominibus visibilis fieret, verbum caro factum<sup>1</sup> in nobis habitare · dignatus est: spiritali suæ vos habitationi idoneos efficiat, ut, qui foris præsidet, intus de cordibus vestris non recedat. **R. Amen.**

Ut, qui legem per Moysen dedit, gratiam autem per se/4/metipsum intulit, vos, qui per ipsum regenerati estis in novum hominem, legali distractione non puniat, ne vinum vetus novos utres corrumpat. **R. Amen.**

Quatenus, de plenitudine eius accipientes fidem et peccatorum indulgentiam, gratiam pro gratia · et<sup>2</sup> vitam recipiatis æternam. **R. Amen.** Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B caro] factum est

<sup>2</sup> S om.

DOMINICA TERTIA<sup>1</sup>

13.

SBM+

**D**EUS, cuius adventus incarnationis præteritus creditur,<sup>2</sup> et in die iudicii venturus expectatur:<sup>3</sup> vos, antequam veniat, expiet ab omni contagione peccati. **R.** Amen. Prius in vobis diluat omne, quod illa<sup>4</sup> futura examinatione puniturus est, ut, cum iustus iudex<sup>5</sup> advenerit, nihil in vobis inveniat, quod condemnet. **R.** Amen.

Quo veniente, non incurratis supplicium æternum, sed remuneremini<sup>6</sup> donariis<sup>7</sup> sempiternis per ævum.<sup>8</sup> **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** *tertia*] Gaudete in Domino semper

<sup>2</sup> **B** præteritus] fideliter creditur

<sup>3</sup> **B M** venturus] expectatur in die iudicii

<sup>4</sup> **B** quod] in illa

<sup>5</sup> **B** *om.*

<sup>6</sup> **B** remuneramini

<sup>7</sup> *Malim* denariis

<sup>8</sup> **B** *om.* sempiternis] per ævum **M** eum

14. Alia:

SB

**D**EUS, Dei Filius tribuat vobis inconcussam soliditatem perfectæ fidei, ut, qui in eodem<sup>1</sup> Mediatore Dei et hominum inæstimabilem deitatis potentiam agnoscentes veneramini, *15'* in humilitate<sup>2</sup> carnis, quam pro vobis<sup>3</sup> assumpserat, numquam possitis scandalizari. **R.** Amen.

Adiiciat vobis perseverantiam in bonis operibus usque ad consummationem, ut in holocaustum propitiationis caudam Domino<sup>4</sup> cum capite habeatis immolare, ne ulla vos · vel humana, vel spiritalis suggestio ad dexteram vel sinistram<sup>5</sup> valeat declinare. **R.** Amen.

Quatenus, mobilitatem harundineam omittentes, profunda radice contra omnes tentationum impulsus longanimitatem et perseverantiam teneatis, et, usque in finem perseverantes, alii tricesimum, alii sexagesimum, alii centesimum · in patientia fructum afferatis, et in retributione iustorum a Patre vestro cælesti talarem immortalitatis tunicam recipiatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **S** eo de

<sup>2</sup> **B** humanitate

<sup>3</sup> **B** nobis

<sup>4</sup> **B** *om.*

<sup>5</sup> **B** vel] ad sinistram

## FERIA QUARTA

15.

SB

**D**EUS, qui Ecclesiam suam mundavit lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet eam gloriosam, non habentem maculam aut rugam: concedat /5'/ vobis vitam agere sanctam et immaculatam. **R.** Amen.

Præstet vobis spatia dierum malorum redimere, ut compendia vitæ apprehendatis æternæ. **R.** Amen.

Quatenus, dum in patientia toleratis passiones huius temporis, filiorum adoptionis futura gloria reveletur in vobis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

16. Alia:

SB

**D**EUS, qui in<sup>1</sup> intemeratæ Virginis utero mirabiliter pro nobis voluit incarnari:<sup>2</sup> det vobis<sup>3</sup> intellectum et fidem, ut tantæ incarnationis sacramentum, vere intelligentes, credatis, et, ad capiendam æternæ salutis hereditatem, credendo proficiatis. **R.** Amen.

Dignetur nunc eandem sanctissimam Genitricem suam, pro vobis<sup>4</sup> supplicentem, misericorditer audire, per quam tunc pro redemptione omnium Deus · et homo ad humanos oculos voluit prodire. **R.** Amen.

Et, qui ad salutem nostram · virgam produxit de radice Iesse, de qua ipse flos noster voluit ascendere, perfundat vos septiformis Spiritus sui charismate, quem super hunc florem singulariter /6'/ creditis requievisse. **R.** Amen. Quod ipse præstare.<sup>5</sup>

<sup>1</sup> **B** om. (*haplographia*)

<sup>2</sup> **B** nobis] incarnari voluit

<sup>3</sup> **B**<sub>1</sub> nobis **B**<sub>2</sub> vobis

<sup>4</sup> **B**<sub>1</sub> nobis **B**<sub>2</sub> vobis

<sup>5</sup> **B** resumit hanc benedictionem in fine codicis.

## FERIA SEXTA

17.

SB

**D**EUS, quem et in veritate iam natum creditis, et annua revolutione, quasi iam redituram eius nativitatem, exspectatis: det vobis in hac sua festivitate spiritale gaudium, quem præcursor suus, nondum natus, quali potuit, gaudio prænuntiavit<sup>1</sup> nasciturum. **R.** Amen.

Et, qui lapis abscisus de monte sine manibus in montem magnum factus est, faciat vos in montem istum · virtutum gradibus ascendere, ubi eum, docentem vias suas non in crassitudine nubium, aut in<sup>2</sup> coruscatione fulgurum, sed in evangelica lenitate, possitis audire. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **S** pronuntiavit

<sup>2</sup> **B** om.

Quatenus, de luto fæcis et lacu fugientes miseræ, sic strenue de virtute in virtutem ascendatis, ut in cælesti Sion Deum deorum in sua gloria læti videatis. **R.** Amen.  
Quod ipse præstare.

18. Alia:

SB

**D**EUS, qui vos elegit in consummationem /6'/ sanctorum, in ædificationem Corporis Christi, in opus ministerii, benedicat vos in omni benedictione spiritali. **R.** Amen.

Concedat vobis investigabiles divitias bonitatis eius cum fiducia evangelizare, et per Ecclesiam multiformis sapientiæ Dei sacramentum, a sæculo absconditum, prædicare. **R.** Amen.

Quatenus, persoluta ratione gratiæ, quam accepimus secundum mensuram Christi donationis, configurari mereamur corpori eius inæstimabilis claritatis. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

### DOMINICA ANTE NATIVITATEM DOMINI<sup>1</sup>

19.

SBM

**D**EUS, qui illum iniquum filium perditionis, cuius adventus est secundum operationem Satanæ, oris sui spiritu · interficiet: corda vestra in patientia sua · et caritate sanctificet. **R.** Amen.

Et, qui eum destruet sui adventus illustratione, defendat vos a signis eius et prodigiis mendacibus · et ab omni iniquitatis seductione. **R.** Amen.

Ne, consentientes mendacio, et contradicentes veri/7'/tati, in ignem æternum cum ipso<sup>2</sup> patre mendacii damnemini.<sup>3</sup> **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** Dominica] quarta **M** Dominica] quarta Memento nostri Domine

<sup>2</sup> **B** om.

<sup>3</sup> **M** condemnemini

### FERIA QUARTA

20.

SB

**D**EUS, qui est fons lucis, fons vitæ, fons veritatis: multiplicet in vobis suæ genimina caritatis. **R.** Amen.

Auferat a vobis spiritum servitutis in timore, et impleat vos spiritu adoptionis filiorum in dilectione. **R.** Amen.

Concedat vobis, ut se,<sup>1</sup> in quo inhabitet<sup>2</sup> omnis iustitiæ plenitudo, esuriatis et sitiatis,<sup>3</sup> quatenus satiemini, cum ipse apparuerit in sede<sup>4</sup> suæ maiestatis. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **B** ut] in se

<sup>2</sup> **B** inhabitat

<sup>3</sup> **B** sciciatis (*sic*)

Quod ipse præstare dignetur.

<sup>4</sup> B gloria

### FERIA SEXTA

21.

SB

**D**EUS, qui iustificat · et circumcisionem ex fide, et præputium per fidem: peccata, quæ post baptisma contraxistis, secundo lacrimarum baptismate per gratiam diluat, ne sub legis rigore iudicemini, quæ cruentat. R. Amen.

Et, qui per carnem assumptam, sanctam sibi desponsavit Ecclesiam, faciat vos in fecunditate /7v/ tanti matrimonii cum filiis, non cum adulteris computari. R. Amen.

Quatenus ad gloriam Matris vestræ moribus et actibus specimen præferentes huius nobilitatis, in conspectu Patris vestri nec maculam, nec rugam habeatis. R. Amen.

Quod ipse præstare.

### IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI<sup>1</sup>

22.

SBM

**O**MNIPOTENS Deus, qui, ut vos<sup>2</sup> a lege peccati absolveret, Unigenitum suum, in similitudine carnis peccati factum, sub lege mittere dignatus est: in bona voluntate sua perfecte vos exuat veterem cum suis actibus hominem,<sup>3</sup> qui in novitate Spiritus eundem Filium eius habetis et<sup>4</sup> infirmitatis vestræ participem, et regni<sup>5</sup> coheredem. R. Amen.

Det vobis sobrie et iuste et pie humilem eius adventum excipere, et competenter venerari, ut, cum secundo<sup>6</sup> non iudicandus, sed iudicaturus apparebit, indemnes eum mereamini in sua gloria contemplari. R. Amen.

Quatenus per hoc salutare commercium digne /8f/ vos faciat inter adoptionis filios computari, unde idem Mediator noster Filius Hominis dignatus est nominari. R. Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B *om.* M [Domini] Hodie scietis

<sup>2</sup> M qui] nos ut

<sup>3</sup> B M cum] actibus suis hominem

<sup>4</sup> B ut

<sup>5</sup> B regem

<sup>6</sup> B sæculo

23. Unde supra

SB+

**D**EUS, qui Filii sui, Domini nostri, Iesu Christi humilitate iacentem mundum dignatus est erigere: suæ vos benedictionis capaces dignetur efficere.

Ut, veterem hominem cum suis actibus<sup>1</sup> deponentes, illius conversatione vivatis, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. **R. Amen.**  
 Sicque ab eo hodie sanctificationem mereamini, quatenus, nativitatem Salvatoris die crastina celebraturi, convenientibus illi obsequiis existatis accepti. **R. Amen.**  
 Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> **B** cum] actibus suis

### AD MISSAM PRIOREM<sup>1</sup>

24.

SBM

**B**ENEDICAT vobis Deus,<sup>2</sup> qui mysterium incarnationis suæ, æternis temporibus tacitum, in hac sacratissima nocte voluit esse revelatum. **R. Amen.**  
 Et, qui ante tempora sæcularia vocavit vos per gratiam suam, quæ hac nocte manifestata est per Salvatoris illuminationem, destruat peccati /8v/ mortem, illuminet autem vitam et incorruptionem.  
 Ut, in omni castitate morum conversationem vestram agentes · in cælis, cum angelis Dei Deo celebretis gloriam<sup>3</sup> in excelsis. **R. Amen.** Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** Ad] priorem missam **M** priorem] missam Dominus dixit ad me **benedictio**

<sup>2</sup> **M** vobis] omnipotens Deus

<sup>3</sup> **B** gloria

25. Item alia:

SB+

**O**MNIPOTENS Deus, qui incarnatione Unigeniti sui mundi tenebras effugavit, et eius gloriosa nativitate hanc sacratissimam noctem irradiavit: effugiet a vobis tenebras vitiorum, et irradiet corda vestra<sup>1</sup> luce virtutum. **R. Amen.**  
 Quique eius<sup>2</sup> sacratissimæ nativitatis gaudium magnum pastoribus ab angelo voluit nuntiari, ipse super vos benedictionis suæ gratissimum imbrem infundat, atque, ipso pastore, vos ad æternorum gaudiorum pascua perducatur. **R. Amen.**  
 Et, qui per eius incarnationem terrena cælestibus sociavit, internæ<sup>3</sup> pacis et bonæ voluntatis nectare vos repleat, et cælestis militiæ consortes efficiat. **R. Amen.**  
 Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** om. irradiet] corda vestra

<sup>2</sup> **B** eis

<sup>3</sup> **B** in æternæ

AD SECUNDAM MISSAM<sup>1</sup>

26.

SBM

**D**EUS, qui Deus de Deo, lux de luce <sup>19'</sup> inter principia creaturarum lucem dividit a tenebris: concedat vobis, ut a luce, quæ hodie illuxit, illuminati, filii lucis esse mereamini. **R.** Amen.<sup>2</sup>

Et, qui ipse lux est, et in quo non sunt ullæ<sup>3</sup> tenebræ, largiatur, ut, in luce ambulantes, cum luce societatem possitis habere. **R.** Amen.

Ut, cum pastoribus in præsepio, incarnationem eius credentes,<sup>4</sup> admiremini, donec dies virtutis eius in vobis illucescat, et lucifer ille, qui nescit occasum, vestris oriatur in cordibus. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *In aurora ad missam* **M** *missam*] Lux fulgebit

<sup>2</sup> **S** Amen *secundum et tertium manu posteriore insertum.*

<sup>3</sup> **M** *illæ*

<sup>4</sup> **M** *om.*

27. Item alia:

SB

**D**EUS, qui, a Patre genitus ante luciferum, hodie pro nobis a matre genitus est: secum vos ad summum cælorum, quo recursus eius est,<sup>1</sup> revehat, pro quibus, a summo cælo egrediens, ad ima descendebat. **R.** Amen.

Accendat in vobis ignem Sancti Spiritus, quem venit mittere in terram, ut ardeat, ne quis se in duritia cordis a calore eius abscondat.<sup>2</sup> **R.** Amen.

Quatenus ipse, speciosus forma præ filiis homi<sup>9'</sup>/num, in quem prospicere desiderant angeli,<sup>3</sup> in eadem vos sibi<sup>4</sup> faciat pulchritudine configurari.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *recursus] est eius*

<sup>2</sup> **B** *calore] eius abscondat*

<sup>3</sup> **B** *quem] desiderant angeli prospicere*

<sup>4</sup> **B** *om.*

IN DIE SANCTO NATIVITATIS DOMINI<sup>1</sup>

28.

SBMZ+

**B**ENEDICAT vobis omnipotens Deus,<sup>2</sup> vestramque ad superna excitet intensionem, qui hanc sacratissimam diem nativitate Filii sui fecit esse sollemnem. **R.** Amen.

Et, qui eum, qui panis est<sup>3</sup> angelorum, in præsepi Ecclesiæ cibum fecit esse fidelium animalium,<sup>4</sup> ipse vos et in præsentī sæculo degustare faciat æternorum dulcedinem gaudiorum, et in futuro perducatur ad satietatem<sup>5</sup> æternorum præmiorum. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **M** *In sancto die* Puer natus est **benedictio** **Z** *sine titulo*

<sup>2</sup> **B** *sancto] ad missam:* Omnipotens Deus benedicat vobis

<sup>3</sup> **Z** *qui] «est» panis est (diplographia orig. del.)*



Quique eius infantiam vilibus voluit indui pannis,<sup>6</sup> ipse vos caelestium vestimentorum induat ornamentis. **R. Amen.**

Quod ipse praestare dignetur, cuius regnum et imperium sine fine permanet in saecula saeculorum. **R. Amen.**<sup>7</sup>

<sup>4</sup> S animarum Z cibum] fidelium esse fecit animalium

<sup>5</sup> B Z societatem

<sup>6</sup> M voluit] pannis indui Z vilibus] indui voluit pannis

<sup>7</sup> Z *add.* Hæc benedictio Dei Patris omnipotentis · et Filii · et Spiritus Sancti descendat et maneat super vos semper. Amen. (*Ibi enim hæc aperit totam seriem benedictionum.*)

29. Item alia:

SB

**D**EUS, qui est splendor paternæ gloriæ, et incomprehensibilis figura eius substantiæ: peccatorum vestrarum vos mundet purgatione. **R. Amen. /10°/**

Et, qui hodierna die in similitudine<sup>1</sup> carnis venit peccati, ut peccatum damnaret in carne, iustificationem legis per Spiritum suum in vestra<sup>2</sup> impleat infirmitate. **R. Amen.**

Inspiret vobis, ut verbum, quod in principio apud Deum Deus erat, in fine temporum carnem factum esse credatis, sic tamen, ut nec personarum admittatur ulla divisio, nec naturarum credatur ulla permixtio. **R. Amen. Quod ipse praestare.**

<sup>1</sup> B similitudinem

<sup>2</sup> S nostra

IN NATALI SANCTI STEPHANI<sup>1</sup>

30.

SBM

**D**EUS, a cuius caritate beatum Stephanum non potuit separare neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura,<sup>2</sup> neque altitudo, neque profundum: faciat vos ad eius imitationem<sup>3</sup> currere certamen vobis<sup>4</sup> propositum. **R. Amen.**

Concedat vobis, ut,<sup>5</sup> sicut ipse<sup>6</sup> protomartyr, testimonio fidei probatus, accepit remissionem, ita et vos per eius merita in vestram proficiatis consummationem. **R. Amen. /10°/**

Quatenus, dum exemplo eius corde<sup>7</sup> creditis ad iustitiam, ore autem confitemini ad salutem, ineffabilem Filii Dei a<sup>8</sup> dextris Patris consequamini visionem. **R. Amen.**

<sup>1</sup> B De sancto Stephano M In natali Stephani Etenim sederunt

<sup>2</sup> M mors] neque angeli ... futura neque vita

<sup>3</sup> B ad] imitationem eius

<sup>4</sup> M om.

<sup>5</sup> M om.

<sup>6</sup> B om.

<sup>7</sup> B eius] corde corde (*diplographia*)

<sup>8</sup> B ad

Quod ipse præstare.<sup>9</sup>

<sup>9</sup> **B add. Item alia:** Deus qui beatum Stephanum protomartyrem coronavit (*vide infra, I. 35.*)

### IN NATALI SANCTI IOANNIS<sup>1</sup>

31.

SBM

**D**EUS, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis et sapientiæ corporaliter: instruat vos ea, quæ beatus Ioannes annuntiavit de Verbo vitæ, quod fuit ab initio, quod ipse vidit, et quod audivit. **R.** Amen.

Enarret ea vobis ipse Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, de cuius plenitudine beatus evangelista abundantius accepit · præ aliis gratiam pro gratia. **R.** Amen.

Quatenus, per eum in agnitionem mysterii · a sæculis<sup>2</sup> et generationibus absconditi, fideliter eruditi, patienter expectetis beatam spem et adventum gloriæ<sup>3</sup> magni Dei et Salvatoris, Iesu Christi, Domini nostri. **R.** Amen. Quod ipse præstare.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> **B** De sancto Ioanne evangelista **M** Ioannis] In medio ecclesiæ

<sup>2</sup> **M** secutis

<sup>3</sup> **B** om.

<sup>4</sup> **B add. Item alia:** Omnipotens Deus dignetur vos per intercessionem (*vide infra, I. 36.*)

### IN NATALI SANCTORUM INNOCENTUM<sup>1</sup>

32.

SBM

**D**EUS, qui hodierna die infans ab infantibus, innocens ab inno/11'/centibus · sanguine, non sermone voluit prædicari: inspiret vobis, ut testimonium Christi non ex sublimitate sermonis aut sapientie, sed ex patientia et mansuetudine<sup>2</sup> metiamini. **R.** Amen.

Et, qui stulta mundi elegit, ut confundat sapientes, infirma, ut confundat fortia, ea, quæ non sunt, ut, quæ sunt,<sup>3</sup> destruat, edoceat vos<sup>4</sup> intelligere, quod stultum est Dei, sapientius esse hominibus, et, quod infirmum est Dei, fortius esse hominibus. **R.** Amen.

Ut malitia parvuli,<sup>5</sup> sensibus perfecti, exercitatos sensus habeatis · ad discretionem boni et mali. **R.** Amen. Quod ipse præstare.<sup>6</sup>

<sup>1</sup> **B** In] die Innocentum **M** De Innocentibus Ex ore infantum **benedictio**

<sup>2</sup> **B** ex] mansuetudine et patientia

<sup>3</sup> **B** ut] ea quæ

<sup>4</sup> **M** nos

<sup>5</sup> **M** Et parvuli malitia

<sup>6</sup> **B add. Item alia:** Omnipotens Deus qui hodierna die in ætate fragili (*vide infra, I. 37.*)

IN OCTAVA DOMINI NATIVITATIS<sup>1</sup>

33.

SBM

**D**EUS, qui hodierna die, ne legem solveret, sed impleret, circumcidi et ex tempore voluit · appellari: largiatur vobis, ut spiritu, non littera, corde, non carne · sitis circumcisi. **R.** Amen.

Et, qui iustificat circumcisionem ex fide, et præputium per fidem, concedat præputium vestrum<sup>2</sup> in circumcisionem reputari, et ab eo iustitias legis consummari. **R.** Amen.

Ut a petra, qui est Christus, circumcisi, non circumcissione<sup>3</sup> manu facta, sed Spiritu Dei vivi · servientes Deo, circumcisio sitis, non concisio. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *M om.*

<sup>2</sup> **B** *om.*

<sup>3</sup> **B** Christus] circumcissione non

34. Alia:

SB

**D**EUS, Mediator Dei et hominum, qui et circumcisionem per semetipsum sanctificavit, et baptisma: non carnem, sed corda vestra spiritaliter circumcidat, non per legem, sed per gratiam. **R.** Amen.

Et, qui omnibus omnia factus est, ut omnes salvos faceret, faciat vos in suo nomine, hoc est in Iesu,<sup>1</sup> æternæ salutis heredes, ut et plenitudo gentium ad vitam intreat, et sic, ablato velamine, omnis etiam Israel salvus fiat. **R.** Amen.

Quatenus in ipso angulari lapide sic uterque paries in unam structuram coaptetur, ut cælestis illa Ierusalem ex omnibus mundi gentibus, quasi ex diversis lapidibus, ad plenam eius gloriam fabricetur. **R.** Amen. Quod ipse præstare. /12/

<sup>1</sup> **B** hoc] in Iesu est

IN OCTAVA SANCTI STEPHANI<sup>1</sup>

35.

SB+

**D**EUS, qui beatum Stephanum protomartyrem coronavit et confessione fidei, et agone martyrii: mentes vestras circumdet in præsentem sæculo corona iustitiæ, et in futuro perducatur vos ad coronam gloriæ. **R.** Amen.

Illius obtentu tribuat vobis Dei et proximi caritate semper exuberare, qui hanc studuit etiam inter lapidantium impetus obtinere. **R.** Amen.

Quo, eius exemplo roborati, et intercessione muniti, ab eo, quem ille a<sup>2</sup> dextris Dei vidit stantem, mereamini benedici. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** *Alia*

<sup>2</sup> **B** *ad*

IN OCTAVA SANCTI IOANNIS<sup>1</sup>

36.

SBZ+

**O**MNIPOTENS Deus dignetur vos<sup>2</sup> per intercessionem beati Ioannis apostoli et evangelistæ benedicere, qui per eum arcana verbi sui voluit ecclesiæ suæ revelare. *R. Amen.*

Concedat vobis, ut, quod ille, Spiritus Sancti munere afflatus, infudit · auribus vestris,<sup>3</sup> eiusdem Spiritus dono capere mente valeatis. *R. Amen.*

Quo, eius documento de divinitate nostri /12'/ Redemptoris edocti, et amando, quod tradidit,<sup>4</sup> et prædicando, quod docuit, et exsequendo, quod iussit, ad æterna<sup>5</sup> dona pervenire mereamini, quæ eidem<sup>6</sup> Dominus noster, Iesus Christus<sup>7</sup> repromisit. *R. Amen.* Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> *B Item alia* Z *In natali sancti Ioannis evangelistæ*

<sup>2</sup> Z *vobis*

<sup>3</sup> Z *afflatus] vestris auribus infudit*

<sup>4</sup> Z *credidit*

<sup>5</sup> S Z *om.*

<sup>6</sup> B *idem*

<sup>7</sup> Z *quæ] idem Iesus Christus Dominus noster*

[IN OCTAVA SANCTORUM INNOCENTUM]<sup>1</sup>

37.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui hodierna die in ætate fragili · primitias sibi consecravit martyrii: sanctorum innocentum<sup>2</sup> intercessione faciat vos sibi populum acquisitionis, ut eum mirabilem in sanctis suis mente et spiritu competenter honoretis. *R. Amen.*

Revestiat vos misericorditer stola puritatis et innocentiae, ut, qui centesimum virginitatis fructum peccando amisimus, sexagesimum vel tricesimum pœnitendo teneamus. *R. Amen.*

Quatenus, si ad supereminentem illorum claritatem polluti aspirare non possumus, communem illum æternæ retributionis denarium cum illis<sup>3</sup> accipiamus. *R. Amen.*

Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> S *Item alia cf. B*

<sup>2</sup> S *innocentium*

<sup>3</sup> B *om. denarium] cum illis*

## IN VIGILIA EPIPHANIE

38. /13'/

SB

**D**EUS, qui omnes peccantes sine distinctione gloria sua voluit indifferenter egere: omnes vos, quos gratis iustificavit per suam gratiam, per redemptionem, quæ in ipso est, transcribat ad vitam. *R. Amen.*

Doceat vos in superabundante et gratuita eius<sup>1</sup> misericordia gloriari, qui vos cognoscitis ex operibus legis coram illo non posse iustificari. **R.** Amen.

Quatenus ipse, qui et bona gratis dat, et post iuste remunerat, nunc misericorditer confirmet in vobis, quod operatus est, ut, in novissimo veniens, inveniatur in vobis, quod remunerare debeat iustus iudex. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *om.*

### IN DIE SANCTO EPIPHANIÆ<sup>1</sup>

39.

SBM

**D**EUS, qui non est Iudæorum Deus tantum, sed etiam gentium: præparet vos in vasa misericordiæ, in quibus ostendit divitias suæ pietatis et gloriæ. **R.** Amen.

Et, qui non plebem suam plebem suam, et non misericordiam consecutam<sup>2</sup> misericordiam consecutam vocavit, concedat, /13v/ ut<sup>3</sup> filii Dei vocemini. **R.** Amen.

Ut,<sup>4</sup> cum Christus<sup>5</sup> apparuerit, qui est vita vestra, cum ipso et vos appareatis in gloria. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *In die Epiphaniæ* **M** *In Epiphania Domini* Ecce advenit **beneditio**

<sup>2</sup> **B** misericordiam] suam consecutam

<sup>3</sup> **B M** concedat] vobis ut

<sup>4</sup> **M** Et

<sup>5</sup> **B** *om.*

40. Item alia:

SB+

**D**EUS, qui Unigenitum suum hodierna die, stella duce, gentibus voluit revelare: sua vos dignetur benedictione locupletare. **R.** Amen.

Quo, exemplo magorum mystica Domino nostro,<sup>1</sup> Iesu Christo munera offerentes, spreto antiquo hoste, spretisque contagiis vitiorum, ad æternam patriam redire valeatis per viam virtutum. **R.** Amen.

Detque vobis veram mentium innocentiam, qui super Unigenitum suum Spiritum Sanctum demonstrari voluit per columbam, eaque virtute mentes vestræ exercentur ad intelligenda divinæ legis arcana, qua in Cana Galilææ · lympa est in vinum conversa. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *om.*

## IN OCTAVA EPIPHANIE

41.

SBM

**D**EUS Sabaoth consilium suum antiquum verum in vobis faciat, et vos, terram sitientem aqua<sup>1</sup> gratiæ spiritalis perfundat. **R.** Amen. /14ʹ/

Et, qui fluminis sui impetu civitatem suam lætificat, det vobis, ex aqua et Spiritu renatis, inferius et superius irriguum in sortem hereditatis, ut prius ex timore Gehennæ, post ex desiderio cælestis patriæ lacrimas habeatis. **R.** Amen.

Quatenus, utroque flumine abluti ab omnibus peccatis, in lumine apparitionis eius perennis gloriæ lumen videatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> M aquæ

DOMINICA PRIMA POST NATIVITATEM DOMINI<sup>1</sup>

42.

SBM

**P**RÆSTET vobis Deus condelectari legi Dei · secundum interiorem hominem, et subiugare legem peccati,<sup>2</sup> menti vestræ repugnantem. **R.** Amen.

Concedat vobis adire cum fiducia ad thronum, ut misericordiam consequamini, et gratiam inveniatis in auxilio opportuno. **R.** Amen.

Ut, corruentes in pænitentia, et resurgentes in gratia, cum puero Iesu crescatis, et confortemini sapientia. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> M post] octavas Epiphaniæ In excelso throno

<sup>2</sup> B om.

43. Item alia:

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui, a Patre constitutus heres universorum, sponte sub lege<sup>1</sup> factus /14ʹ/ est, ut nos, qui sub lege eramus, redimeret: æterna vos libertate dignetur condonare, quos in adoptionem<sup>2</sup> filiorum dignatus est vocare. **R.** Amen.

Et, qui Dominus omnium sub tutoribus esse voluit, et ab hominibus pædagogari,<sup>3</sup> faciat vos in plenitudine sui Spiritus in virum sibi perfectum<sup>4</sup> configurari. **R.** Amen.

Ut,<sup>5</sup> qui in ruinam et resurrectionem multorum positus est, non sit vobis lapis offensionis et petra scandali, sed lapis pretiosus in fundamento positus, in quo et vos cum lapidibus vivis in habitaculum eius possitis cœdificari. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B om. sponte] sub lege

<sup>2</sup> B optionem

<sup>3</sup> B pedagozari (*sic*)

<sup>4</sup> B virum] perfectum sibi

<sup>5</sup> B Et

44. Alia:

SB

**D**EUS, qui omnia conclusit in incredulitate, ut omnium misereatur: concedat vobis bonum æmulari · semper in bono, ut Christus Iesus formetur in vobis.<sup>1</sup> R. Amen. Adiuvet vos per misericordiam suam, ut, qui carnales estis, et<sup>2</sup> venundati sub peccato, quod operamini, non intelligentes, per gratiam ipsius de cor/15<sup>v</sup>/pore mortis huius liberemini. R. Amen.

Inspiret vobis, ut, secundum Iesum obœdientes parentibus, cum Iesu proficiatis sapientia coram Deo et hominibus. R. Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B Iesus] in vobis formetur

<sup>2</sup> B ut

## FERIA QUARTA

45.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, Dei Patris virtus et sapientia, qui ad eruditionem vestram in ætate<sup>1</sup> secundum carnem fragili · in medio doctorum audiens et interrogans voluit inveniri: doceat vos ad sobrietatem sapere, non de spiritali gratia, quam ab illo accepistis, superbire. R. Amen.

Det vobis in sua imitatione tenacem custodiam humilitatis, ut, ab eo exaltati, sapientia spiritali et gratia apud Deum et homines proficiatis. R. Amen.

Quatenus, reformati in novitate sensus vestri, non conformati huic sæculo, per humilitatem ad honorem et gloriam crescatis in ipso. R. Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B ætatem

## FERIA SEXTA

46.

SB

**D**EUS, qui, ut nos ad implendum omnem iustitiam erudiret, sub manibus servi in Iordane humiliatus est: faciat vos ad capien/15<sup>v</sup>/dam eruditionem suam dociles,<sup>1</sup> et in omni bona operatione efficaces. R. Amen.

Det vobis munditiam<sup>2</sup> cordis et columbinam simplicitatem et mansuetudinem animi, ut gratiam Sancti Spiritus possitis promereri. R. Amen.

Quatenus, sicut in illo Patri complacuit, cum esset in forma hominis, sic per ipsum, Mediatorem Dei et hominum, complacuit in vobis. R. Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B docibiles

<sup>2</sup> S immunditiam

DOMINICA SECUNDA<sup>1</sup>

47.

SBM

**C**ONCEDAT vobis Deus, ut, sicut unius delicto<sup>2</sup> mors in vobis regnavit per unum, ita et vos, abundantiam gratiæ et donationis · et iustitiæ · per unum Iesum Christum accipientes, in vita regnetis per ipsum. **R.** Amen.

Et, sicut per unum regnavit peccatum in mortem, subintrante lege, ut abundaret delictum, ita et gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum<sup>3</sup> Christum, Dominum nostrum. **R.** Amen.

Ut in nuptiis ipsius et Ecclesiæ, non exclusi, sed membris incorporati, serviatis ei in Spiritus /16'/ novitate, non litteræ vetustate. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> M secunda] post Epiphaniam Omnis terra

<sup>2</sup> M unius] hominis delicto

<sup>3</sup> M per] unum Iesum

FERIA QUARTA<sup>1</sup>

48.

SB

**D**EUS, qui in Cana Galilææ aquam in vinum voluit convertere: vobis, qui ad Ecclesiæ nuptias vocati estis, austeritatem legis in gratiæ dulcedinem dignetur commutare. **R.** Amen.

Et, qui de fructu operum suorum terram satiat, quia ipse vera vitis est,<sup>2</sup> vino misericordiæ, quod de hac vita<sup>3</sup> superabundanter cottidie vindemiatis, corda vestra lætificet. **R.** Amen.

Quatenus, huiusmodi potu inebriati, sic a mente veteri excedatis, ut in novitate Spiritus cum eodem Domino nostro et sponso nuptialibus epulis spiritali iucunditate hilares assideatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B Item alia

<sup>2</sup> B ipse] est vitis vera

<sup>3</sup> S vitæ

FERIA SEXTA<sup>1</sup>

49.

SB

**D**EUS, qui Verbum suum revelavit vobis, quod in mysteriis fuit absconditum · a generationibus et sæculis: sua inspiratione vobis adaugeat intellectum, ut comprehendatis cum omnibus sanctis, quæ sit /16'/ latitudo, longitudo, sublimitas · et profundum. **R.** Amen.

<sup>1</sup> B Feria quarta vel sexta



Doceat vos vivificantem Spiritum quærere in occidentibus litteris, ut non, sicut bruti, paleas, sed, ut rationales, medullam tritici comedatis. **R. Amen.**

Quatenus, revelatis ab eo oculis vestris, mirabilia de lege eius considerantes, divitias maiestatis eius et superabundantis misericordiæ cognoscatis, et secundum gratiam, quæ data est vobis, et alios doceatis. **R. Amen.** Quod ipse præstare.

### DOMINICA TERTIA<sup>1</sup>

50.

SBM

**I**NSPIRET vobis Deus, ut, non secundum carnem, cuius prudentia mors est, sentientes, sed secundum Spiritum, cuius prudentia vita et pax est, sitis sapientes. **R. Amen.**

Infundat vobis Spiritum adoptionis filiorum, in quo eum Patrem invocetis, ut, filii Dei per Spiritum facti, heredes etiam tanti Patris esse mereamini. **R. Amen.**

Præstet vobis, ut semper malum in bono vincentes, ex eo discipuli eius esse agnoscamini, si dilectionem habueritis ad invicem.<sup>2</sup> **R. Amen.** Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** *tertia*] *post Epiphaniam* Adorate Deum

<sup>2</sup> **M** *dilectionem*] *ad invicem habueritis*

### FERIA QUARTA

51.

SB

**C**HRISTUS Iesus, qui pro nostra omnium salute de altitu/17/dine cælorum ad vallem huius sæculi dignatus est descendere: invisibili attactu mundet in vobis, quicquid maculosum est, foedantibus peccatis, ut in unitate fidei unum caritatis et innocentiae colorem habeatis. **R. Amen.**

Sanet interiorem hominem vestrum ab omni languore iniquitatis, nequando de ægritudine huiusmodi mortem animæ incurratis. **R. Amen.**

Quatenus in fide Abrahæ in regno cælorum cum eodem Abraham, Isaac et Iacob in præputio recumbere mereamini, a quo filii circumcisionis in infidelitate videntur peregrini. **R. Amen.** Quod ipse præstare.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> **B** *om. totam hanc benedictionem, quæ etiam a C nescitur.*

### FERIA SEXTA

52.

SB

**C**HRISTUS Iesus, qui venit in hunc mundum peccatores salvos facere: det vobis eisdem salutis plenitudinem in ipso et per ipsum abundantius invenire. **R. Amen.**

Ostendat in vobis omnem patientiam, ut, misericordiam consecuti, vitam apprehendatis æternam. **R. Amen.**

Quatenus, non immemores, neque<sup>1</sup> ingrati parcen/17<sup>v</sup>/ti misericordiæ, districtam subsequentis<sup>2</sup> iudicii censuram valeatis declinare. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> S atque

<sup>2</sup> B subsequentes

### DOMINICA QUARTA<sup>1</sup>

53.

SBM+

**T**ENTATIONUM omnium a vobis Dominus pericula removeat, et perturbationum procellas miseratus excludat. **R.** Amen.

Tentatoris fraudes atque molimina dissolvat, et vos adversus eum cautos et invincibiles reddat. **R.** Amen.

Continuæ pacis vobis munera tribuat, et vos in portum tranquillitatis securos constituat. **R.** Amen. Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> M quarta] benedictio

### FERIA QUARTA

54.

SB

**D**EUS, qui dominatur potestatis maris, et motum fluctuum eius mitigat: verbo suo adversos spiritalis nequitiae ventos reprimat, et omnem motum fluctuantis sæculi in cordibus vestris componat. **R.** Amen.

Et, qui non dormit, neque dormitat, Ecclesiæ suæ, in huius mundi turbine periclitanti dux et nauclerus præsideat, ut<sup>1</sup> ad æternæ salutis portum feliciter perducat. **R.** Amen.

/18<sup>v</sup>/

Quatenus, qui vos<sup>2</sup> in sanguine Iesu renatos gaudetis spiritalibus aquis, in hoc fluctuantis abyssi gurgite naufragium non timeatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B om.

<sup>2</sup> B nos

### FERIA SEXTA

55.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui humilia respicit, et alta a longe cognoscit: auferat a vobis infantem spiritum superbiæ, ut, in oculis vestris parvuli, in oculis eius possitis complacere. **R.** Amen.

Et, qui regnum suum specialiter proposuit parvulis, spiritu vos, non scientia parvulos faciat, ut in<sup>1</sup> regnum illud angelorum concives intretis. **R.** Amen.

Quatenus, inter benedictos benedicti, benedictionem æternam hereditate possidere mereamini. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *om.*

### DOMINICA QUINTA<sup>1</sup>

56.

**SBM**

**D**EUS cæli et terræ, qui sacramenta sua, a sapientibus et prudentibus abscondita, parvulis voluit revelare: agnitionis suæ gratiam vobis per Spiritum suum /18<sup>v</sup>/ plenius dignetur<sup>2</sup> donare. **R.** Amen.

Et, cui omnia a Patre<sup>3</sup> tradita sunt, imponat vobis iugum obœdientiæ et humilitatis, ut veram animabus vestris requiem inveniatis.

Quatenus, ab eo exonerati peccatorum sarcinis, sub quibus indesinenter laboratis, sub umbra alarum eius refrigerium ab æstu, et umbraculum a turbine et a pluvia inveniatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> **M** *quinta] benedictio*

<sup>2</sup> **B** *suum] dignetur plenius*

<sup>3</sup> **M** *cui] a Patre omnia*

### FERIA QUARTA

57.

**SB**

**B**ENEDICAT vobis Dominus, et induat vos, sicut electos suos, benignitatem et viscera misericordiæ, ut, in benedictione seminantes, vitam æternam metatis de benedictione. **R.** Amen.

Doceat vos cum patientia supportare invicem, et ex corde remittere proximis, ut, sicut abundavit delictum, sic per ipsum gratia superabundet<sup>1</sup> in vobis. **R.** Amen.

Quatenus, cum omnibus pacem habentes, omnem hominem in illo, sicut vosmetipsos, diligatis, ut omne mandatum legis in uno /19<sup>v</sup>/ hoc<sup>2</sup> mandato perfecte adimpleatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *per] illum gratia superabundavit*

<sup>2</sup> **B** *uno] ad hoc*

### FERIA SEXTA

58.

**SB**

**B**ENEDICAT vobis Dominus omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo, ut ipse, qui est super omnia benedictus, sit vestra benedictio. **R.** Amen.

Det vobis in se confidere et in se gloriari, ut, quodcumque in verbo aut in<sup>1</sup> opere facitis, omnia in nomine eius faciatis. **R.** Amen.

Quatenus, in omnibus illi gratias<sup>2</sup> agentes, quicquid in vobis boni est, illius, et non vestræ gloriæ ascribatis, ut, quem largitorem omnium bonorum fideliter credatis,<sup>3</sup> eundem etiam remuneratorem habeatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *om.*

<sup>2</sup> **B** omnibus] gratias illi

<sup>3</sup> **B** credatis

### IN NATALI SANCTI SILVESTRI<sup>1</sup>

59.

SB

**D**EUS, qui per beati Silvestri pontificis doctrinam et meritum · Romanum ad fidem convertit imperium: eius vos exemplis informet et conversationibus, et sancta intercessione tueatur. **R.** Amen.

Det vobis eius patrocinio draconem antiquum /19<sup>o</sup>/ superare, qui in vice<sup>2</sup> sancti Petri in dracone diabolum corporaliter potuit alligare. **R.** Amen.

Ut, sicut ille in virtute divina Iudæorum blasphemiam verbis confutavit et miraculis, ita et vos spiritales nequitas et hæreticorum scandala ad gloriam catholicæ fidei revincere valeatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** In] sancti Silvestri papæ

<sup>2</sup> **S** vicem

### IN NATALI SANCTI PAULI, PRIMI EREMITÆ<sup>1</sup>

60.

SB

**D**EUS, qui beatum Paulum eremitam perfecte mundo crucifixit, et ipsi mundum: eius vos imitatione crucifigat mundo et eius concupiscentiis, ut, mortui huic sæculo, Deo viventi semper vivatis. **R.** Amen.

Trahat vos post se, ut, abnegantes vosmetipsos, sic crucem voluntariæ macerationis tollatis, ut numquam a vestigiis eius recedatis. **R.** Amen.

Quatenus passionibus dominicis non fecte, sed ita in veritate communicetis, ut Crucem eius in mortificationem, non in angariam portetis. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** Pauli primi eremite

**IN NATALI SANCTORUM MARTYRUM  
FABIANI ET SEBASTIANI<sup>1</sup>**

61. /20<sup>o</sup>/

SB

**D**EUS, qui beatos athletas suos, Fabianum et Sebastianum suo Spiritu roboravit in agone, ut pro testimonio fidei resisterent usque ad sanguinem: confortet vos in eodem Spiritu infatigabiliter pro iustitia agonizare, et labores huius sæculi quietem reputare. *R. Amen.*

Aduvet vos ipse misericors, ut, quorum confessionem debito honore veneramini, eorum fidem, et in tentationibus constantiam possitis imitari.<sup>2</sup> *R. Amen.*

Quatenus et vos, cum illis ad refrigerium transeuntes per ignem et aquam, finito bonæ conversationis cursu, accipiatis immarcescibilem coronam. *R. Amen.*

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** sanctorum] Fabiani et Sebastiani martyrum

<sup>2</sup> **B** mutari

**IN NATALI SANCTÆ AGNETIS VIRGINIS<sup>1</sup>**

62.

SB

**D**EUS, qui beatæ virgini suæ, Agneti martyrii palmam contulit cum gloria virginitatis: subarret vos illo anulo suæ fidei, quo beata /20<sup>o</sup>/ illa, ab ipso subarrata, nec muneribus moveri potuit, nec suppliciis terreri. *R. Amen.*

Accendat in vobis ignem inexstinguibilem suæ caritatis, ut, cum virgine hac et vos mundum calcantes, solum Dominum nostrum super aurum et topazion diligatis. *R. Amen.*

Quatenus, si neque ad centesimum virginitatis, neque sexagesimum<sup>2</sup> martyrii fructum pertingitis, ipsa intercedente, pænitiæ saltem et continentis vitæ fructum tricesimum<sup>3</sup> metatis. *R. Amen.* Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** Agnetis virginis et martyris

<sup>2</sup> **B** neque] ad sexagesimum

<sup>3</sup> **S** centesimum

**IN NATALI SANCTI TIMOTHEI APOSTOLI<sup>1</sup>**

63.

SB

**O**MNIPOTENS Deus inebriet vos liquore cælestis suæ sapientiæ, quem beatus Timotheus ex vase electionis, hoc est ex ore Pauli apostoli, meruit potare. *R. Amen.*

Et, qui eum coapostolum fecit et cooperatorem Evangelii, doceat vos in ministerio eiusdem Evangelii usque ad mortem infatigabiliter operari. *R. Amen.*

<sup>1</sup> **B** In sancti Timothei

Quatenus, evangelicæ veritati per omnia credentes, unusquisque, sicut accepit gratiam, alter/21<sup>v</sup>/utrum erudiatis, ut et vos cum sanctis operariis, si non laboris, bonæ tamen voluntatis mercedem recipiatis. **R.** Amen. Quod ipse.

### IN CONVERSIONE SANCTI PAULI

64.

SB

**D**EUS, qui hodierna die beatum Paulum, cum prius esset blasphemus, persecutor · et iniuriosus, in fidei ministerio fidelem existimavit: concedat vobis secundum Evangelium gloriæ beati<sup>1</sup> Dei, quod illi est creditum, ambulare. **R.** Amen.

Et, qui in eo primo ostendit omnem patientiam · ad informationem eorum, qui credituri sunt ei in vitam æternam, concedat, ut militetis secundum ipsum bonam militiam, habendo fidem et bonam conscientiam. **R.** Amen.

Ut, bonum certamen certantes, cursum consummantes, cum ipso coronam in diem illum<sup>2</sup> a iusto iudice accipiatis. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** om.

<sup>2</sup> **B** in] illum diem

### IN PURIFICATIONE SANCTÆ MARIÆ<sup>1</sup>

65.

SBMZ+

**O**MNIPOTENS Deus, qui Unigenitum suum hodierna die in assumpta carne<sup>2</sup> in templo voluit præsen/21<sup>v</sup>/tari: benedictionis suæ vos munere fultos, bonis operibus faciat exornari. **R.** Amen.

Et, qui eum, ut legem adimpleret, ministrum voluit effici legis, mentes vestras instruat legis suæ spiritalibus<sup>3</sup> documentis. **R.** Amen.

Quo ei et pro turturibus castitatis vel<sup>4</sup> caritatis munera offerre valeatis, et pro pullis columbarum Spiritus Sancti donis exuberetis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** Mariæ] Virginis

<sup>2</sup> **B** suum] in carne assumpta hodierna die

<sup>3</sup> **B** legis] spiritalis

<sup>4</sup> **Z** suæ

66. Item alia:

SB

**S**ANCTUS sanctorum, qui<sup>1</sup> omnia sanctificat: sanctificet vos beatissimæ Genitricis suæ interventu · et speciali merito, per quam ipse cum hostiis hodie præsentatus est in templo. **R.** Amen.

Det vobis compunctionis turturæ<sup>2</sup> suspiria, et columbinæ spiritum simplicitatis, ut vosmetipsos medullatam illi hostiam offeratis. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **B** qui qui (*diplographia*)

Ut<sup>3</sup> ipsa stella maris dirigat vos ad portum perpetuæ salutis et pacis, nequando inter fluctus sæculi tumultuantis<sup>4</sup> · miserabile non corporis, sed, quod gravius est, animæ naufr<sup>2</sup>/22<sup>r</sup>/gium incurratis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>2</sup> **S** *om.*

<sup>3</sup> **S** Et

<sup>4</sup> **B** tumultantis (*sic*)

### IN CATHEDRA SANCTI PETRI APOSTOLI<sup>1</sup>

67.

SB

**D**EUS, qui in confessione beati Petri apostoli et fide · fabricam suæ erexit Ecclesiæ: in eadem vos soliditate faciat, tamquam lapides vivos, coædificari, ut nullis dæmoniorum sive hæreticorum possitis impulsione quassari. **R.** Amen.

Et, qui eundem apostolum, adhuc positum in terris, ianitorem, et suæ potestatis consortem fecit in cælis, eius vos absolutos patrocinantibus meritis, cum ovibus in æternum computet tanti pastoris. **R.** Amen.

Ut, qui ei pro testimonio meriti nomen imposuit Barionæ,<sup>2</sup> ipsius vos magisterio faciat, totius fellis alienos, columbinam simplicitatem amare, ut et vos tam celebris pastoris vestri nominis<sup>3</sup> · digne possitis participare. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *om.*

<sup>2</sup> **B** Bariona

<sup>3</sup> *Coni.* **S** nomine **B** nomini

### IN NATALI SANCTI<sup>1</sup> MATTHIÆ APOSTOLI

68.

SB

**D**EUS, qui, quos<sup>2</sup> a sæculo prædestinavit, hos<sup>3</sup> in fine sæculorum /22<sup>r</sup>/ vocavit: intercedente beato Matthia apostolo, cuius hodie natalem devoti celebratis, subscribat vos in sortem supernæ hereditatis. **R.** Amen.

Et, qui eum in apostolatam prævaricatoris Iudæ voluit subrogare, ab omni apostasia et prævaricatione vos dignetur liberare. **R.** Amen.

Ut, sicut in illo suppletus est duodenarius apostolicæ dignitatis numerus, ita in vestra adoptione cælestis militiæ denaria plenitudo suppleatur. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** *om.*

<sup>2</sup> **B** vos

<sup>3</sup> **B** qui hos

IN NATALI SANCTI VINCENTII MARTYRIS<sup>1</sup>

69.

SB+

**C**ORROBORA gregem tuum, turre fortitudinis, qui beatum Vincentium prius armasti pectore, post sermone, ante decorasti professione, post funere. *R. Amen.*  
 Infunde circumstantibus credulitatis spiritum, qui confitenti aderas, ne plagæ facerent trepidum, poena fessum, flamma devictum. *R. Amen.*

Ut, ipso interveniente · ac<sup>2</sup> te<sup>3</sup> remunerante, illa luce plebs tua radiet in Ecclesia, qua levita sanctus refulsit in carcerali custodia, illa fide /23'/ dimicet in terra, qua cælos victor martyr intravit cum gloria. *R. Amen.* Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> *B Vincentii martyris*<sup>2</sup> *B et*<sup>3</sup> *S om.*IN NATALI SANCTI GREGORII PAPÆ<sup>1</sup>

70.

SB

**D**EUS, a quo beatus Gregorius serico exutus est et gemmis, ut ad<sup>2</sup> ædificationem totius Ecclesiæ pontificali stola vestiretur<sup>3</sup> et infulis: eius interventu induat vos stola totius bonitatis et innocentiae, quam beatus ille pater et ipse servavit, et nobis monendo, vivendo, scribendo · statuit commodare. *R. Amen.*

Perfundat vos illo spiritu · et cælestis sale sapientiae, quo sanctus iste non solum terræ ambitum, sed etiam Oceanum potuit condire. *R. Amen.*

Quatenus et fidem, quam ille asseruit, ita fideliter teneatis, et in via iustitiae, qua præcessit, ambuletis,<sup>4</sup> ut in æternæ lucis visione pro vestris excessibus velit intercessor fieri, qui in carne pro pagano meruit<sup>5</sup> exaudiri. *R. Amen.* Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> *B Gregorii papæ*<sup>2</sup> *B om.*<sup>3</sup> *B vestiret*<sup>4</sup> *S om.*<sup>5</sup> *B carne] meruit pro pagano*IN NATALI SANCTI BENEDICTI ABBATIS<sup>1</sup>

71. /23'/

SB

**D**EUS, cuius gratia sanctus Benedictus per aculeos veprium diaboli devicit incendium: ipso intercedente, restringat in vobis omnem incentivam vitiorum. *R. Amen.*

Quicquid<sup>2</sup> in vobis spiritaliter confractum est, redintegret eius meritis, cuius precibus etiam<sup>3</sup> capisterii<sup>4</sup> fracturas redintegavit. *R. Amen.*

<sup>1</sup> *B Benedicti abbatis*<sup>2</sup> *B Nunc quod*



Quatenus, continentia eius instructi, et adiuti,<sup>5</sup> opitulantibus meritis,<sup>6</sup> ad requiem, quo ille pervenit, et ipsi<sup>7</sup> perveniatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>3</sup> **B** *om.*

<sup>4</sup> **S** capitesterii (*add. falso, postea erasum*)

<sup>5</sup> **B** *om.* instructi] et adiuti

<sup>6</sup> **B** opitulantibus] eius meritis

<sup>7</sup> **B** ipse

### IN ANNUNTIATIONE SANCTÆ MARIÆ<sup>1</sup>

72.

SBM

**D**EUS, qui hodierna die, angelo annuntiante et operatione Sancti Spiritus,<sup>2</sup> naturam nostram in utero sanctissimæ Virginis Mariæ dignatus est assumere: eiusdem beatissimæ<sup>3</sup> Genitricis suæ suffragantibus meritis, vos in sortem filiorum Dei dignetur transferre. **R.** Amen.

Et, qui ipsa die assumptam carnem, sacerdos et hostia, Patri in ara Crucis immolaverat, medullatam et acceptabilem vos sibi /24/ hostiam reddat. **R.** Amen.

Quatenus humanitatis eius primitias · et Crucis palmam sic recolatis, ut in novissimo die non ad condemnationem,<sup>4</sup> sed ad gloriam resurgatis. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** *Mariæ] Virginis*

<sup>2</sup> **B** operatione] Spiritus Sancti

<sup>3</sup> **S** *om.*

<sup>4</sup> **B** damnationem

### DOMINICA IN SEPTUAGESIMA<sup>1</sup>

73.

SBM+

**I**PSE vos in Ecclesia sua fructificare faciat, qui, ad excolendam<sup>2</sup> vineam suam, mane, hora tertia, sexta, nona · et undecima operarios invitat. **R.** Amen.

Quatenus inter primos operantes, nec extremis invidentes, mercedem laborum vestrorum · sine murmuratione<sup>3</sup> et increpatione accipiatis. **R.** Amen.

Ut cum his, qui membris Christi minimis subvenire curarunt, in novissimo iudicii die benedici, atque in æterna tabernacula mereamini introduci. **R.** Amen.

Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> **M** *Dominica prima in Septuagesima* Circumdederunt me

<sup>2</sup> **B** colendam

<sup>3</sup> **M** murmure

## FERIA QUARTA

74.

SB

**C**HRISTUS Iesus, qui venit in hunc mundum animas salvare,<sup>1</sup> non perdere: mansuetos vos faciat et patientes in iniuriis, ut semper reminiscamini, cuius spiritus estis. **R.** Amen.

Pretiosam in oculis vestris faciat animam proximi, quam ipse non corruptibilibus auro vel argento redemit, sed corporis et sanguinis sui commercio salutari. **R.** Amen.

Quatenus et vos per eum, qui per omnia pro vobis tentatus est, cum fiducia ad thronum gloriæ adeatis, et, misericordiam consequentes, in auxilio opportuno gratiam inveniatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B salvas facere

## FERIA SEXTA

75.

SB

**O**MNIPOTENS Deus fructificet in vobis, quem ipse plantaverat, surculum humilitatis, ut alter alteri servientes, honore invicem præveniatis. **R.** Amen.

Doceat vos puerilem innocentiam et simplicitatem æmulari, ut, in novissimo loco humiliter recumbentes, a sponso mereamini cum gloria superius vocari. **R.** Amen.

Quatenus, sicut modo geniti infantes, rati<sup>2</sup> non abiles sine dolo · lac concupiscatis, ut in eo in salutem crescatis. **R.** Amen. Quod ipse.

DOMINICA IN SEXAGESIMA<sup>1</sup>

76.

SBM+

**S**ATOR<sup>2</sup> omnium bonorum, Christus · bonum semen in cordibus vestris seminare, et ad maturitatem congruam dignetur perducere. **R.** Amen.

Quod,<sup>3</sup> nec a dæmonibus commestum, nec duritia cordis arefactum, nec spinis suffocatum, centenum possit reddere fructum. **R.** Amen.

Quatenus in ultimo discrimine, quando<sup>4</sup> zizania igni comburenda tradentur,<sup>5</sup> vobis, manipulos frugum vestrarum portantibus, horrea cælorum aperiantur. **R.** Amen.

Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> M *Sexagesima*] Exsurge quare obdormis

<sup>2</sup> B Dator

<sup>3</sup> S M Quo

<sup>4</sup> B quasi

<sup>5</sup> B tradetur

## FERIA QUARTA

77.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui seminavit in vobis bonum semen: irriget illud imbri sui Spiritus, et incrementum<sup>1</sup> largiatur, ne, exorto sole, arescat, et sine fructu moriatur. *R. Amen.*

Eradicet ipse bonus agricola surgentes spinas avaritiæ, et totius sæcularis concupiscentiæ, ne, /25/ immoderatus ascendentes, germina vitæ valeant suffocare. *R. Amen.*

Quatenus, verbum eius audientes, corde bono sic fideliter teneatis, ut indeficientem fructum in patientia afferatis. *R. Amen. Quod ipse.*

<sup>1</sup> B incrementa

## FERIA SEXTA

78.

SB

**D**EUS, qui dives est<sup>1</sup> in omnes, qui invocant illum: det vobis divitias bonæ voluntatis, ut ex bono thesauro cordis<sup>2</sup> bona proferatis. *R. Amen.*

Adiiciat custodiam ori vestro, et ostium circumstantiæ vestris labiis, ut de omni verbo otioso<sup>3</sup> condemnationis iudicium non incurratis. *R. Amen.*

Quatenus ex abundantia cordis sic bona coram Deo et hominibus loquamini, ut apud secretorum omnium iudicem ex verbis vestris mereamini iustificari. *R. Amen.*

Quod ipse.

<sup>1</sup> B es

<sup>2</sup> S om.

<sup>3</sup> B circumstantiæ] labiis vestris et de omni verbo occiso

DOMINICA IN QUINQUAGESIMA<sup>1</sup>

79.

SBM+

**L**UMEN indeficiens, Deus, qui ad illuminationem vestram<sup>2</sup> · lumen de se genitum<sup>3</sup> in hunc mundum dirigere voluit incarnatum: ipse aperire dignetur /26/ oculos præcordiorum vestrorum. *R. Amen.*

Quatenus ipsum sequentes · et alios ad laudem Dei accendatis,<sup>4</sup> et ipsi ad domum æternam in cælis perveniatis. *R. Amen.*

In quam per ipsum et ostium et ostiarium introducti, divinis laudibus in sæcula sæculorum permaneat intenti. *R. Amen. Quod ipse.*

<sup>1</sup> M Quinquagesima] Esto mihi

<sup>2</sup> S B nostram

<sup>3</sup> B gentium

<sup>4</sup> B accendentes

80. Alia:

SB

**D**EUS, qui per humilitatem assumptæ mortalitatis tenebras a vobis<sup>1</sup> expulit hereditariæ cæcitatibus, interiores oculos vestros illuminet, ad contuendam gloriam suæ claritatis, ut, agnita veritate, iam non iuxta viam sedeatis. **R.** Amen.

Det vobis in oratione perseverantiam, ut phantasiæ præteritorum malorum, quæ mentis aciem a contemplatione sua reverberant, devotionem vestram a bona intentione non retundant. **R.** Amen.

Quatenus, dum in petitione animos vestros a sua longanimitate non relaxatis, quicquid /26<sup>v</sup>/ a bono amico iuste petieritis, laudabili improbitate extorqueatis. **R.** Amen.

Quod ipse.

<sup>1</sup> B a] nobis ex nobis (*diplographia*)

### IN CAPITE IEIUNII, FERIA QUARTA<sup>1</sup>

81.

SBM+

**B**ENEDICAT vobis · omnipotens Deus, qui se voluit a vobis<sup>2</sup> benedici, et qui hunc quadragenarium curriculum, cuius hodie currimus<sup>3</sup> exordium, suo dedicavit ieiunio, vestrum suscipiat ieiunium, omnique vos repleat bono. **R.** Amen.

Det vobis fidem integram, et tam salubrem abstinentiam, ut caro, escis devicta, non luxuriet,<sup>4</sup> nec mens afflicta degeneret, sed ita sit sanctificatum divino timore ieiunium vestrum, ut vitiis pariter atque corporibus abstinentiæ frena imponatis. **R.** Amen.

Ut, tuti semper ab infestationibus inimici, maneatis illæsi, et in habitaculis vestris<sup>5</sup> pax iugiter quieta permaneat · munere Domini nostri, Iesu Christi. **R.** Amen.

Quod ipse præstare. /27<sup>r</sup>/

<sup>1</sup> B In capite ieiunii M Feria quarta in capite ieiunii

<sup>2</sup> B nobis

<sup>3</sup> B M curamus

<sup>4</sup> M ut] nec caro escis devicta luxuriet

<sup>5</sup> S M inimici] maneamus illæsi et in habitaculis nostris

### FERIA QUINTA<sup>1</sup>

82.

B

**D**EUS, cuius miseratio et pietas omnibus suis mirabiliora sunt operibus: sit<sup>2</sup> pius et misericors vestræ fragilitatis excessibus. **R.** Amen.

Et, qui dissimulat peccata hominum propter pænitentiam, infundat cordibus vestris intimæ compunctionis gratiam. **R.** Amen.

<sup>1</sup> S lacuna unius folii, vide B 24<sup>r-v</sup>

<sup>2</sup> B sicut

Ut, qui pro nobis unicum tradidit Filium, non despiciat in vobis cordis contriti et spiritus contribulati<sup>3</sup> sacrificium. **R.** Amen.

<sup>3</sup> C 670 tribulati

### FERIA SEXTA

83.

B

**O**MNIPOTENS et misericors Deus scindat corda vestra in fletu et contritione spiritus et patientia, et<sup>1</sup> super malitia vestra præstabilem eum inveniatis per lamenta. **R.** Amen.

Det vobis in simplici conscientia in sæculari gloria ieiunare, ut ieiunii vestri /B24v/ retributionem a Patre vestro cælesti, qui cordis inspector est, audeatis sperare. **R.** Amen.

Quatenus, in diebus ieiunii ungentes capita vestra oleo misericordiæ, per manus pauperum thesaurizetis vobis thesauros in cælo, ubi nec fures involant, nec tinea demolitur · aut ærugo. **R.** Amen.

<sup>1</sup> *Malim* ut

### DOMINICA IN QUADRAGESIMA

84.

SBM+

**B**ENEDICAT vos omnipotens Deus, qui quadragenarium numerum in Moysi · et Eliæ, necnon<sup>1</sup> Mediatoris nostri ieiunio consecravit, concedatque vobis ita transire<sup>2</sup> præsentis vitæ dispensationem, ut, accepto a patrefamilias remunerationis denario, perveniatis ad

peccatorum omnium remissionem, et ad<sup>3</sup> gloriosam cum sanctis<sup>4</sup> omnibus resurrectionem. **R.** Amen.

Detque vobis spiritalium virtutum invincibilia arma, quibus exemplo Domini devincere valeatis antiqui hostis sagacissima tentamenta. **R.** Amen.

Quo, non in solo pane, sed in omni verbo, quod procedit de ore eius, spiritalem sumentes alimoniam,<sup>5</sup> per ieiuniorum observationem et ceterorum operum exhibitionem · percipere mereamini immarcescibilem gloriæ coronam. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> C 192 *cf.* 312 necnon] et

<sup>2</sup> C *ibid.* transigere

<sup>3</sup> B *om.*

<sup>4</sup> M suis

<sup>5</sup> B M spiritalem] alimoniam sumentes

85. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui per Unigenitum suum normam vobis<sup>1</sup> humilitatis dedit et patientiæ: eius vos exemplo patientes faciat et humiles, et tantæ eruditionis in omnibus capaces. **R.** Amen.

Doceat vos in hoc acceptabili ieiuniorum tempore iustitiam semper esurire, ut ipse vos contra omnia tentamenta spiritalis nequitiae dignetur præmunire. **R.** Amen.

Quatenus, hoc stadium<sup>2</sup> continentiae ingressi, /27'/ sic contra vitia discatis dimicare, ut nulla vos tentatio per delectationem aut consensum valeat superare, et de antiquo hoste victoriae bravium mereamini reportare. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> B nobis<sup>2</sup> S studium

## FERIA SECUNDA

86.

SB

**D**EUS, qui nos, sicut oves errantes, ad pabula vitæ voluit revocare: ipse vos, cum in fine mundi districtus venerit,<sup>1</sup> in numero ovium suarum dignetur misericorditer aggregare.<sup>2</sup> **R.** Amen.

Inspiretque vobis nunc indesinenter seminare opera misericordiae, ut tunc in exultatione meritorum vestrorum manipulos inveniamini reportare. **R.** Amen.

Quatenus coheredes Christi cum benedictionis filiis illud regnum possidere mereamini, in quo concives angelorum · a visione Dei nostri amodo non formidatis sequerari. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B mundi] venerit districtus<sup>2</sup> S aggregantes

## FERIA TERTIA

87.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui non mortem peccatoris, sed pænitentiam desiderat: corda vestra suo instinctu ad /28'/ voluntariam conversionem<sup>1</sup> accendat, ut ipsum, dum inveniri potest, veraciter quæritis, et inventum strictius teneatis. **R.** Amen.

Compellat<sup>2</sup> vos indulgentiae tempora non perdere, sed misericordiae iudicem, dum prope est, pro præteritis excessibus gemitu et contritione spiritus invocare, ut in posterum ab omni appetitu<sup>3</sup> illicito vos dignetur refrenare. **R.** Amen.

<sup>1</sup> B conversationem<sup>2</sup> S Compungat<sup>3</sup> B impetu

Detque vobis sic distractionem illam terribilem confessione et pœnitentia prœvenire, ut misericordiam illam, quam ipse conversis pollicitus est, possitis plenius invenire.  
**R.** Amen. Quod ipse.

## FERIA QUARTA

88.

SB

**D**EUS,<sup>1</sup> Dei Filius, qui vos et nominis sui fecit participes, et regni sui cum Patre coheredes: ipse vos doceat voluntatem suam facere, ut vos in sorte adoptionis dignetur in æternum censere.<sup>2</sup> **R.** Amen.

Detque vobis in observantia mandatorum Dei sic solide perseverare, ut a tanti Patris et Fratris nobilitate non inveniâmini degenerare. **R.** Amen. /28'/

Efficiatque vos in futuro non extraneos suæ gloriæ, quos hic consortes esse voluit suæ imaginis et naturæ. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> S om.

<sup>2</sup> B conservare

## FERIA QUINTA

89.

SB

**D**EUS, qui est via, veritas et vita:<sup>1</sup> faciat vos ita devotos in sermone suo permanere,<sup>2</sup> ut a magisterio veritatis nusquam<sup>3</sup> possitis deviare. **R.** Amen.

Detque vobis veritatem, quæ in ipso<sup>4</sup> est, interius cognoscere, cognitamque sincera fide servare, ut fidem veram exhibitione bonorum operum possitis<sup>5</sup> approbare. **R.** Amen.

Quatenus, a vetusta servitute pretioso commercio redempti, æterna cum sanctis spiritibus libertate mereamini perfrui. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> S Deus] quia veritas et vita est

<sup>2</sup> B suo] ita permanere

<sup>3</sup> B numquam

<sup>4</sup> B illo

<sup>5</sup> B valeatis

## FERIA SEXTA

90.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, corporum medicus et animarum: erigat vos de grabatto mortificantis litteræ, faciatque vos in sospitate Spiritus ambulare. **R.** Amen.

Doceat vos spiritaliter sabbatum servare, ut ab omni opere illicito perfecte inveniâmini /29'/ vacare. **R.** Amen.

Quatenus, quieti a negotiis avaritiæ et sollicitudinis terrenæ, repromissam, quam speratis, quietem mereamini invenire. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

SABBATO<sup>1</sup>

91.

SBM

**D**EUS, qui vos, in desideriis carnis vestræ<sup>2</sup> conversantes, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit vos, convivificavit Christo: per Spiritum suum vos faciat crescere<sup>3</sup> in ipso. *R. Amen.*

Ut, quemadmodum exhibuistis membra vestra servire immunditiæ et iniquitati ad iniquitatem,<sup>4</sup> ita nunc exhibeatis membra vestra arma iustitiæ in sanctitatem.<sup>5</sup> *R. Amen.*

Inspiret vobis, quæ sit sana<sup>6</sup> veritas et misericordia, quam<sup>7</sup> unus idemque et in Susannæ ostendit innocentia, et in adulteræ absolutione<sup>8</sup> clementissima. *R. Amen.*

Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> *M Sabbato] benedictio*

<sup>2</sup> *B qui] nos in desideriis carnis nostræ*

<sup>3</sup> *B suum] crescere vos faciat*

<sup>4</sup> *B om. iniquitati] ad iniquitatem*

<sup>5</sup> *B sanctitate*

<sup>6</sup> *S M sua*

<sup>7</sup> *S M quæ*

<sup>8</sup> *B absolutione ostendit*

92. *Alia:*

SB

**D**EUS, qui tribus discipulis revelare dignatus est gloriam divinæ claritatis: ipse vobis interiores oculos aperiat, ad contuendam lucem sanctæ et in/29<sup>v</sup>/dividuæ Trinitatis. *R. Amen.*

Faciat vos, discussa<sup>1</sup> peccatorum caligine et totius criminis, digne censi cum filiis lucis. *R. Amen.*

Quatenus in gloria resurrectionis, terrenæ<sup>2</sup> contagionis alieni, optata sanctorum luce mereamini vestiri. *R. Amen.* Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> *B excussa*

<sup>2</sup> *B æternæ*

DOMINICA SECUNDA<sup>1</sup>

93.

SBM

**D**EUS et Pater Domini nostri, Iesu Christi, det vobis spiritum revelationis · et sapientiæ · in<sup>2</sup> ipsius agnitione. *R. Amen.*

Impleat in vobis propositum voluntatis suæ, qui vos, cum essetis alienati<sup>3</sup> a conversatione Israel · et hospites testamentorum Dei, vocavit in fide. *R. Amen.*

<sup>1</sup> *M secunda] Reminiscere miserationum benedictio*

<sup>2</sup> *B om.*



Faciat vos promissionis suæ comparticipes, qui vos ex canibus Unigenito suo corporales<sup>4</sup> fecit et coheredes. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>3</sup> M alieni

<sup>4</sup> M corporales

## FERIA SECUNDA

94.

SB

**D**EUS, qui est principium et finis: sua vos pietate præveniat · et subsequatur, ut, sicut in illo vita vestra<sup>1</sup> inchoat, sic in ipso /30'/ feliciter finiatur. **R.** Amen.

Inspiret vobis toto desiderio ad ea, quæ sursum sunt, suspirare, ut illuc, quo caput vestrum præcessit, vos, qui membra eius estis, valeatis moriendo transmigrare. **R.** Amen.

Ne, terrena sapientes, et in sæcularis sapientiæ stercore<sup>2</sup> computrescentes, in peccatis vestris moriamini, aut<sup>3</sup> a vita illa, quæ sursum est, in æternum proscribamini. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> S nostra

<sup>2</sup> B strecore (*sic*)

<sup>3</sup> B *om.*

## FERIA TERTIA

95.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui factores legis diligit, non tantum auditores: auferat de cordibus vestris popularis auræ lenocinio delectari, sed in ipso, qui vestra gloria<sup>1</sup> est, et non in fimbriis aut in cathedris gloriari. **R.** Amen.

Excludat a vobis inflantem spiritum superbiæ, ut ipse, qui conscientiæ testis est, vos dignetur in perpetuum exaltare. **R.** Amen.

Quatenus, dum in fraterna societate concordatis,<sup>2</sup> nec patris vobis, nec magistri nomen per superbiam usurpatis,<sup>3</sup> unum in cælis /30'/ et Patrem, et Magistrum habeatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B qui] gloria vestra

<sup>2</sup> B concordantes

<sup>3</sup> B usurpantes

## FERIA QUARTA

96.

SB

**D**EUS, qui discipulis suis passionis suæ probra voluit prædicere, ne de morte eius scandalizarentur in fide: ipse vos constabiliat in soliditate eiusdem fidei, quos reparavit commercio salutari. **R.** Amen.

Mortificet in vobis omnia tentamenta vitiorum, qui pro vobis mortem gustare dignatus est, et dare animam suam pro redemptione multorum. **R.** Amen.

Quatenus, passionibus eius communicantes, resurrectionis illius mereamini fieri participes, et cælestis regni coheredes. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

### FERIA QUINTA

97.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, cuius iudicium iustum est: dignetur vobis oleo superabundantis misericordiæ · iustæ distractionis suæ vinum temperare. **R.** Amen.

Rememoretur in iudicio, quia Filius Homini/317/nis est, ne peccantes faciat expertes suæ gloriæ,<sup>1</sup> quos imaginis suæ consortes fecit et naturæ. **R.** Amen.

Quatenus, præventi beneficio parentis gratiæ, terribile iudicium valeatis indemnes sustinere. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B faciat] ex partes gloriæ suæ

### FERIA SEXTA

98.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui vos<sup>1</sup> vineæ suæ agricolas fecit et palmites: faciat vos in spiritali cultura infatigabiles, et internæ dulcedinis feraces. **R.** Amen.

Tribuat vobis in labore non deficere, ut in tempore fructus · virtutum omnium ditimini<sup>2</sup> ubertate. **R.** Amen.

Quatenus, veniente Filio Dei, bonam de commisso rationem reddentes, gaudium eius cum ipso ingrediamini exultantes. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B nos

<sup>2</sup> B ditemur

### SABBATO

99.

SB

**I**NFUNDAT vobis Deus spiritum compunctionis et pænitiæ, ut revocetis detrimenta hereditatis amissæ. **R.** Amen.

Concedat vobis, ut, a voluntate carnis et /317/ cogitationum liberi, induamini pedes in præparationem<sup>1</sup> pacis Evangelii.<sup>2</sup> **R.** Amen.

Exornet vos anulo inæstimabilis caritatis, et induat vos stola beatæ iucunditatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> S præparatione

<sup>2</sup> B præparationem] Evangelii pacis

DOMINICA TERTIA<sup>1</sup>

100.

SBM

**O**MNIPOTENS Deus, qui in carne apparuit, fortem pro vobis armatum debellare: conservet in vobis libertatem, quam dederat, ne malignus ille vetusta vos tyrannide denuo valeat mancipare. **R.** Amen.

Expurget interiorem hominem ab omnibus vitiorum spurcitiis, ut competenter laudem eius et lingua, et spiritu resonetis. **R.** Amen.

Quatenus, in unitate Ecclesiae cum ipso colligentes, sine discordia et schismate capiti vestro, quod ipse est, mereamini semper adhærere. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** *tertia*] Oculi mei semper *benedictio*

101. *Alia:*

SB

**D**EUS, qui vos eruit de potestate<sup>1</sup> principis et rectoris mundi tenebrarum: perpetuum vobis conservet quæsita<sup>1</sup> libertatis /32/ beneficium. **R.** Amen.

Et, qui vos iuste potenterque liberavit ab atrio fortis armati, in æternum vos defendat a tyrannide prædonis cruentissimi.<sup>2</sup> **R.** Amen.

Quatenus ea, quæ retro sunt, obliuiscetes, et ad ea, quæ priora sunt, extensi, ad destinatum persequamini bravium supernæ vocationis et regni. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *om.* eruit] de potestate

<sup>2</sup> **B** crudelissimi

## FERIA SECUNDA

102.

SB

**D**EUS, Dei Filius, qui pro vobis<sup>1</sup> mori voluit, et mortem tamen, quamdiu voluit, potenter declinavit: ipse vos faciat in protectione suæ potentia<sup>2</sup> · æternam mortem declinare. **R.** Amen.

Muniat vos scuto misericordiae suæ, ut spiritalis nequitiae cuneos illæsi valeatis transire. **R.** Amen.

Quatenus ipse, qui pro vobis<sup>3</sup> eiectus<sup>4</sup> est de incolatu hominum, in libro vitæ cives vos conscribat angelorum. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **S** nobis

<sup>2</sup> **B** protectione] potentia<sup>2</sup> suæ h

<sup>3</sup> **S** nobis

<sup>4</sup> **B** electus

## FERIA TERTIA

103.

SB

**D**EUS, qui vos docuit usque septuagies /32'/ septies dimittere: salutaris huius præcepti germen<sup>1</sup> fecundet in cordibus vestris, quod in corde Petri, apostolorum principis radicavit. **R.** Amen.

Inspiret vobis, pacatis mentibus, in nomine Salvatoris ad unitatem Ecclesiæ convenire, ut remissionem peccatorum et æternæ salutis thesaurum possitis invenire. **R.** Amen.

Quatenus ipse, pax vestra,<sup>2</sup> qui duobus, in caritate convenientibus, præsentiam suam repromiserat,<sup>3</sup> in sempiternum de medio vestri<sup>4</sup> non recedat. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B huius] germen præcepti

<sup>2</sup> S nostra

<sup>3</sup> B repromisit

<sup>4</sup> S nostri

## FERIA QUARTA

104.

SB

**D**EUS, a quo solo plantatur omnis plantatio beatitudinis: concedat vobis viscera miserationis, societatem spiritus, unitatem caritatis. **R.** Amen.

Castiget in interiori homine membra iniquitatis, ut non regnet peccatum in isto corpore mortalitatis. **R.** Amen.

Quatenus, a Patre cælesti in vitam æternam plantati, afferatis bonorum operum fructum in sanctificatione spiritali. **R.** Amen. Quod ipse præstare. /33'/

## FERIA QUINTA

105.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, fons aquæ viventis: ignitos immundorum spirituum fervores restringat<sup>1</sup> in cordibus vestris. **R.** Amen.

Faciat in vobis carnalium desideriorum nocivum solem occidere, ut cælestis medicinæ gratiam mereamini uberius invenire. **R.** Amen.

Detque vobis in hac vita sic in suo amore · indesinenter flagrare, quo ipse sol iustitiæ æterna vos claritate in revelatione sua dignetur illustrare. **R.** Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B restringat

## FERIA SEXTA

106.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui sitiēti populo aquam de petra produxit: inspiret cordibus vestris toto desiderio iustitiam sitire,<sup>1</sup> fontemque spiritalis gratiæ indeficienter<sup>2</sup> invenire. **R.** Amen.

Mentes vestras inebriet spiritalibus aquis, nequando in huius vitæ itinere lassescatis. **R.** Amen.

Quo, peractis vitæ huius laboribus,<sup>3</sup> ad perpetuæ quietis refrigerium mereamini pervenire, /33v/ ubi nec esurire ultra possitis,<sup>4</sup> nec sitire. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B scitire (*sic*)

<sup>2</sup> B indesinenter

<sup>3</sup> B Quo] peracto vitæ huius labore

<sup>4</sup> B esurire] possitis ultra

## SABBATO

107.

SB

**D**EUS, qui pro vobis<sup>1</sup> iudicari venerat, non iudicare: districti iudicii censuram vos faciat declinare. **R.** Amen.

Et, qui austeritatem legis commutavit<sup>2</sup> in gratiam, dignetur vobis misericorditer parcere, non peccantes districte ferire. **R.** Amen.

Quatenus ipse, qui mortiferum legis iudicium misericorditer commutavit adulteræ, ab æternæ mortis misericorditer vos liberet damnatione. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B nobis

<sup>2</sup> B mutavit

DOMINICA IN MEDIA QUADRAGESIMA<sup>1</sup>

108.

SBM

**O**MNIPOTENS Deus, qui Ecclesiæ suæ quinque panes legis multiplicavit per gratiam: det vobis verbi sui esuriem, et<sup>2</sup> spiritalem alimoniam ne deficiatis exuberantem. **R.** Amen.

Et, qui doctrinæ suæ reliquias in duodecim reposuit apostolis, eorum vos et documentis eru/34r/diat, et corrigat exemplis. **R.** Amen.

Quatenus in hoc deserto, ubertim refecti cælestibus donis, ipso præduce, perveniatis ad patriam repromissionis.<sup>3</sup> **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> S *Dehinc cessant ornamenta.* B *In media Quadragesima dominica* M *Dominica quarta* Lætare Ierusalem

<sup>2</sup> *Malim* ut

<sup>3</sup> M repromissam

109. Alia:

SB

**D**EUS, qui vos fidei Abrahæ, patris vestri,<sup>1</sup> sectari voluit vestigia: concedat vobis in repromissione sua non hæsitare diffidentia. **R.** Amen.

Et, qui vos<sup>2</sup> secundum divitias gloriæ suæ prædestinare dignatus est in semine, ad regnum · et hereditatem, quæ ipse est, vos<sup>3</sup> faciat pervenire. **R.** Amen.

Ut, stantes in atriis Ierusalem, quam ipse illustrat sol vivus et verus, videamus bona eius omnibus vitæ nostræ diebus. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> S qui] nos fidei patris nostri Abrahæ

<sup>2</sup> S nos

<sup>3</sup> S nos

### FERIA SECUNDA

110.

SB

**D**EUS, qui venit non solvere legem, sed adimplere: sensus vestros adaperiat, ut legem eius et valeatis vere<sup>1</sup> intelligere, et, quæ intelligitis, operibus exhibere. **R.** Amen.

Et, qui columbas vendentes de templo eiecit, faciat vos dona Sancti Spiritus cum gratiarum actione humiliter accipere, et, prout accepistis, in alter/34/utrum erogare. **R.** Amen.

Ut, qui templum corporis sui pro vobis solvi, et post triduum voluit reædificari, quicquid solutum est in templo suo, quod estis vos, misericorditer dignetur reædificare, et sui Spiritus inhabitatione numquam privare. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> B et] vere valeatis

### FERIA TERTIA

111.

SB

**D**EUS, qui, pro vobis<sup>1</sup> exprobratus, patientiam exhibuit exprobrantibus: doceat vos in alterutrum fraternas iniurias patienter sustinere, ut animas vestras in patientia mereamini possidere. **R.** Amen.

Faciat vos patientes et faciles ad indulgentiam, ut non occidat sol super iracundiam vestram. **R.** Amen.

Quatenus, in sanctitate et iustitia ambulantes, sicut ille ambulavit, immarcescibilem coronam accipiatis, quam sequacibus suis ab æterno præordinavit. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> S nobis

## FERIA QUARTA

112.

SB

**D**EUS, qui illuminat omnem hominem, venientem in mundum: hereditariam in vobis cæcitatem sua dextera /35'/ diluat, et interiores vobis oculos aperiat, ut, fugatis peccatorum tenebris, solem iustitiæ clarius videatis. **R.** Amen.

Et, qui in cæco nato imaginem suam voluit redintegrare, quicquid in vobis ab eius similitudine<sup>1</sup> depravatum est, ad gloriam suam dignetur reformare. **R.** Amen.

Quatenus, de tenebris vocati in admirabile lumen æternæ claritatis, in diversa vitiorum offencula non inpingatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B vobis] a vobis similitudinis eius

## FERIA QUINTA

113.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui Unigenito suo et iudicium dedit, et sua opera: faciat vos per integritatem veræ fidei · a peccati morte resuscitari. **R.** Amen.

Inspiret vobis et Patrem in Filio, et Filium in Patre competenter honorare, ut, in tribus unam essentiam confitentes, vitam æternam mereamini hereditare. **R.** Amen.

Ut, cum, audita voce Filii Dei, procedemus de monumentis, det vobis in iudicium condemnatio/35'/nis non venire, sed, ut ipse promiserat, a morte ad vitam transire. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

## FERIA SEXTA

114.

SB

**D**EUS, qui est resurrectio et vita: ita vos perfecte in se doceat credere, ut vos dignetur a secunda morte liberare. **R.** Amen.

Et,<sup>1</sup> qui de monumento resuscitavit fœtentem Lazarum, resuscitet vos a mortifera consuetudine<sup>2</sup> peccatorum. **R.** Amen.

Quatenus, de fœtore conscientiæ per pænitentiam resuscitati, in Christo viventes, in æternum non moriamini. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B Ut

<sup>2</sup> B assuetudine

## SABBATO

115.

SBM

**O**MNIPOTENS Deus, lux mundi, qui vos de tenebris in admirabile lumen suum dignatus est vocare: fugatis peccatorum tenebris, mentes vestras suo Spiritu dignetur illustrare. **R.** Amen.

Faciat vos, se perfecte sequentes, alienos terrenæ caliginis, nequando inter aspera et inuia huius sæculi offendatis. **R. Amen.**

Quatenus, ipso præduce, ambulantes per viam /36'/ iustitiæ et veritatis, ad lucem perpetuam pervenire mereamini, quam speratis. **R. Amen.** Quod ipse præstare.

### DOMINICA DE PASSIONE DOMINI<sup>1</sup>

116.

SBM+

**A**CCENDAT in vobis Dominus vim sui amoris, et per ieiuniorum observantiam infundat vobis donum suæ benedictionis. **R. Amen.**

Sic ei parsimoniæ victimas offeratis, ut illi contriti cordis et humilitatis sacrificio placeatis. **R. Amen.**

Quatenus oratio vestra, ieiunii et elemosynæ alis subvecta, ita ad aures vestri conditoris ascendat, ut vos æternæ beatitudinis heredes · et supernorum civium consortes efficiat. **R. Amen.** Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> **B** *Dominica] in Passione Domini* **M** *Dominica in Passione* Iudica me Deus *benedictio*

117. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS Deus reseret vobis aurem cordis, ut verba eius ad spiritalem profectum audiatis, et auditionem illam operum exhibitione compleatis. **R. Amen.**

Erudiat vos veritati per omnia credere, ut, sicut pater vester, Abraham credidit Deo, et reputatum /36'/ est illi<sup>1</sup> ad iustitiam, ita et vos in fide eius hereditatem capiatis repromissam. **R. Amen.**

Quatenus in die Domini, quem videre datum est fidei Abrahæ, et vos cum illo mereamini feliciter<sup>2</sup> exsultare. **R. Amen.** Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** *ei*

<sup>2</sup> **S** *filiciter (sic)*

### FERIA SECUNDA

118.

SB

**D**EUS, qui omnes sitientes invitat ad se:<sup>1</sup> faciat vos ad fontem vivum, quod ipse est, cervino desiderio currere, et cælestes aquas sufficienter haurire. **R. Amen.**

Sic mentes vestras sui Spiritus liquore dignetur inebriare, ut etiam ad irrigationem aliorum de ventre memoriæ vestræ · doctrinæ flumina possint manare. **R. Amen.**

Quatenus, eodem fonte et refecti, et a peccatis omnibus abluti, in æterna festivitate mereamini cum Domino vestro feriari, ubi festa beatorum spirituum recedendo nesciunt terminari. **R. Amen.** Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** *om. invitat] ad se*



## FERIA TERTIA

119.

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui et templum suum sanctificat, et altare: ipse<sup>1</sup> in vobis templum non manufac/37'/tum construat, in quo in perpetuum dignetur inhabitare. *R. Amen.*

Et, qui maior templo<sup>2</sup> cum fratribus Ierusalem ad diem festum ascenderit, ipse vos ad æternæ pacis visionem in vera fraternitate concordēs perducatur. *R. Amen.*

Ut, ne in conspectu Dei vestri in die revelationis eius vacui appareatis, ipse vos sibi acceptabile holocaustum faciat in odorem suavitatis. *R. Amen.* Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> *S om.*

<sup>2</sup> *B maior] in templo*

## FERIA QUARTA

120.

SB

**O**MNIPOTENS Deus accendat in vobis ignem suæ caritatis, ne, superabundante malitia interius, a spiritali calore frigescatis. *R. Amen.*

Incalescat super vos sol iustitiæ, ne, quod in vobis evangelica prædicatione seminatum est, et cottidie seminatur, ingravescente terreno frigore, absque fructu moriatur. *R. Amen.*

Ut, qui pacificos Dei filios<sup>1</sup> facit et nominat, illam pacem radice in cordibus vestris, quam et natus mundo nuntiavit per angelum, et, in carne moriturus, commenda-/37'/vit per semetipsum, ut, pastorem verum<sup>2</sup> sequentes, cum ovibus dealbatis · de manu eius in æternum<sup>3</sup> non pereatis. *R. Amen.* Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> *S Dei] fructu Dei filios*

<sup>2</sup> *B vestrum*

<sup>3</sup> *B om. eius] in æternum*

## FERIA QUINTA

121.

SB

**O**MNIS amaritudo et ira · et indignatio · et clamor · et blasphemia · tollatur a vobis, ut non contristetis Spiritum Sanctum, in quo signati estis in diem redemptionis. *R. Amen.*

Sit sermo vester semper gratiæ sale conditus,<sup>1</sup> ut,<sup>2</sup> idoneus ad ædificationem fidei, det gratiam audientibus. *R. Amen.*

<sup>1</sup> *S Verba dubie pronuntiationis sunt accentuata manu posteriore hic et passim.*

<sup>2</sup> *B et*

Concedat vobis crescere et proficere in sanctarum meditatione Scripturarum, ut incarnationis · et passionis ac resurrectionis intelligatis sacramentum. **R.** Amen.  
Quod ipse.

### FERIA SEXTA

122.

SB

**D**EUS, qui redemit vos<sup>1</sup> gratis per redemptionem Iesu Christi: concedat, ut<sup>2</sup> omne concilium malignantium<sup>3</sup> exsecremini. **R.** Amen.

Et, qui non est Deus Iudæorum tantum, sed etiam gentium, filiorum suorum, quos dispersos congregare venerat, vos ascribat in numerum.<sup>4</sup> **R.** Amen.

Ut, per Crucem suam diruta medii parietis ma/38<sup>r</sup>/ceria, coædificemini ambo in unum hominem caritate perpetua. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** qui] vos redemit

<sup>2</sup> **B** concedat] vobis ut

<sup>3</sup> **B** omne] consilium malignum

<sup>4</sup> **B** in] eorum numerum

### SABBATO

123.

SB

**D**EUS, cuius verba spiritus et vita sunt: inspiret vobis verba sua spiritaliter audire, ut, ipso donante, ad vitam, quæ in ipso est, possitis pervenire. **R.** Amen.

Calciet vos in præparationem<sup>1</sup> Evangelii pacis, præcingatque renes<sup>2</sup> vestros zona castitatis, ut salutarem carnis et sanguinis<sup>3</sup> eius Eucharistiam ad vitam, non ad iudicium sumatis. **R.** Amen.

Quatenus, competenter epulantes non in fermento veteri, sed in azymis sinceritatis, non in manna corruptibili, sed in pane vivificante, qui de cælo descendit, semper vivatis. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **S** præparatione

<sup>2</sup> **S** renos

<sup>3</sup> **B** *om.* carnis] et sanguinis

### IN DOMINICA PALMARUM<sup>1</sup>

124.

SBM+

**B**ENEDICAT vobis omnipotens Deus, cui et in<sup>2</sup> ieiuniorum maceratione, et præsentium dierum observatione placere studetis. **R.** Amen. /38<sup>r</sup>/

<sup>1</sup> **B** *In die Palmarum*    **M** *Dominica in Palmis* Domine ne longe

<sup>2</sup> **M** *om.*

Concedatque vobis, ut, sicut ei cum ramis palmarum ceterarumve frondium præsentari studuistis, ita cum palma victoriæ · et fructu bonorum operum ei post obitum apparere<sup>3</sup> valeatis. **R.** Amen.

Quique Unigeniti Filii eius passionem puro corde creditis,<sup>4</sup> mente devota venerari studetis, ad resurrectionis eius festa · et vestræ remunerationis præmia, ipsius fulti munimine, veniatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>3</sup> **B** obitum] vestrum apparere

<sup>4</sup> **B** Tuique Unigeniti Filii eius passione creditis puro corde

125. Alia:

SB

**D**EUS, qui humilis hodie ad passionem veniens, puerorum laudibus exceptus est: malitia vos, non sensibus parvulos faciat, ut speciosa laus in ore vestro ad aures Domini Sabaoth · usque in Ierusalem, matrem vestram<sup>1</sup> liberam, ascendat. **R.** Amen.

Ornet vos in occursum suum fructu misericordiæ et pacis, ut ramum olivæ, quam<sup>2</sup> columba in diluvio ad arcam rettulit, columbino corde et manibus præferatis. **R.** Amen.

Detque vobis fortitudine<sup>3</sup> Spiritus omnem incentivam carnis edomare, ut, devictis concupiscen/39<sup>o</sup>/tiis, triumphum eius competenter cantare, et de antiquo hoste victoriæ palmam valeatis reportare. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **S** matrem] nostram et

<sup>2</sup> **B** quem

<sup>3</sup> **B** fortitudinem

## FERIA SECUNDA

126.

SB

**A**UGEAT<sup>1</sup> in vobis Deus per gratiam suam lumen caritatis et fidei, ne a tenebris erroris et ignorantiae comprehendamini. **R.** Amen.

Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, ne gloriam hominum magis diligatis, quam Dei. **R.** Amen.

Aperiat vobis oculos interioris hominis, et emolliat corda vestra unctione sui Spiritus, ut, oculis videntes, et<sup>2</sup> corde intelligentes, ad ipsum convertamini, et sanemini. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** Doceat

<sup>2</sup> **B** in

## FERIA TERTIA

127.

SB

**D**EUS, qui pro vobis usque ad mortem Crucis humiliari dignatus est: faciat vos semper<sup>1</sup> et misericordiæ huius memores, et exempli<sup>2</sup> capaces. *R. Amen.*

Quique<sup>3</sup> pro vobis aceto potatus est, amaritudinem veteris uvæ auferat, ne de paterno morsu dentes filiorum obstupescant. *R. Amen.*

Quatenus per humilitatem et obœdientiam eius /39<sup>v</sup>/ illuc redeatis humiles, unde per inobœdientiam Adæ cecidistis contumaces. *R. Amen.* Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B *om.*

<sup>2</sup> B *exemplis*

<sup>3</sup> B *Cuique*

## FERIA QUARTA

128.

SB

**E**XUAT vos Deus veterem hominem cum suis actibus, ut pax Dei vestris exsultet in cordibus. *R. Amen.*

Induat vos, sicut sanctos et electos, viscera benignitatis et misericordiæ, ut, supportantes invicem in caritate, donetis vobismetipsis<sup>1</sup> in veritate. *R. Amen.*

Ut, caritatem habentes, quod est vinculum perfectionis, sinceri pertingatis ad futuræ gloriam resurrectionis. *R. Amen.* Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B *nobismetipsis*

## IN CENA DOMINI

129.

SBMZ+

**B**ENEDICAT vobis omnipotens Deus, qui per Unigeniti sui passionem vetus pascha in novum voluit converti, concedatque, ut,<sup>1</sup> expurgato veteris fermenti contagio,<sup>2</sup> nova in vobis<sup>3</sup> perseveret conspersio. *R. Amen.*

Et, qui, ad celebrandam Redemptoris nostri cenam, mente devota convenistis, æternarum dapium<sup>4</sup> /40<sup>v</sup>/ vobiscum epulas reportetis. *R. Amen.*

Ipsiusque opitulante clementia, mundemini<sup>5</sup> a sordibus peccatorum, qui, ad insinuandum humilitatis exemplum, pedes voluit lavare discipulorum.<sup>6</sup> *R. Amen.*

Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> Z *Benedicat] vos Deus qui per Unigeniti Filii sui ... concedatque vobis ut*

<sup>2</sup> S *orig. corr. contagione, sed iuxta homoioteleuton ad conspersio et neutrum genus expurgato neglexi.*

<sup>3</sup> S B *nobis*

<sup>4</sup> M *dapum*

<sup>5</sup> Z *mundamini*

<sup>6</sup> Z *discipulorum] suorum*

130. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS<sup>1</sup> Deus, qui, transiturus ad Patrem, tradidit nobis signaculum perfectæ suæ dilectionis: faciat vos miserationum suarum per omnia memores, et eiusdem creditæ dilectionis usque in finem tenaces. **R.** Amen.

Adiiciat vobis fidelem custodiam veræ humilitatis, ne, alter alteri se præferentes, indivisæ caritatis unitatem superbiendo scindatis. **R.** Amen.

Quatenus, in ipso, fonte vivo abluti · ab omni sorde terreni pulveris, per immaculatum eius sanguinem ad Patrem, quo ipse transivit, et vos transeatis. **R.** Amen.

Quod ipse.

<sup>1</sup> S In O littera initiali: *Dyonisus Bohemus*

### IN SANCTO SABBATO PASCHÆ<sup>1</sup>

131.

SBM+

**D**EUS,<sup>2</sup> qui, Ecclesiæ suæ utero intemerato novos populos producens, eam, virginitate manente, nova /40/ semper prole fecundat: fidei, spei · et caritatis vos munere repleat, et suæ in vos benedictionis dona infundat. **R.** Amen.

Et,<sup>3</sup> qui hanc sacratissimam noctem Redemptoris nostri resurrectione voluit illustrare, mentes vestras, peccatorum<sup>4</sup> tenebris mundatas,<sup>5</sup> virtutum copiis faciat coruscare. **R.** Amen.

Quo<sup>6</sup> eorum, qui modo renati sunt, innocentiam imitari certetis, et vascula mentium vestrarum exemplo præsentium luminum illustretis, ut cum<sup>7</sup> bonorum operum lampadibus · ad huius sponsi thalamum, cuius resurrectionem celebratis, cum prudentibus virginibus<sup>8</sup> intrare possitis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> M In] *vigilia Paschæ*

<sup>2</sup> S In D littera initiali *arma (crista)*, *subter: Bohemus episcopus*

<sup>3</sup> B Ut

<sup>4</sup> B vestras] a peccatorum

<sup>5</sup> S *orig. corr. de mandatas*

<sup>6</sup> B Duo

<sup>7</sup> B luminum] *illustrata cum*

<sup>8</sup> B prudentibus] *virginibus virginibus (diplographia)*

132. Alia:

SB

**D**EUS, qui vos<sup>1</sup> per baptismum complantari voluit · mortis suæ similitudini: concedat, ut, deposita vetustate, complantemini<sup>2</sup> etiam suæ gloriosissimæ resurrectioni. **R.** Amen.

<sup>1</sup> S nos

<sup>2</sup> S complantemur

Præstet, ut mortuo in vobis veteri homine et crucifixo, destructo peccati corpore, ultra /41'/ non serviatis<sup>3</sup> peccato. *R. Amen.*

Quatenus, consepulti cum illo per baptismum in morte, cum ipso etiam resurgatis<sup>4</sup> per gloriam Patris in vitæ novitate. *R. Amen.* Quod ipse præstare dignetur.

<sup>3</sup> S in] nobis veteri homine et crucifixo destructo peccati corpore ultra non serviamus

<sup>4</sup> S resurgamus

### IN DOMINICA PASCHÆ<sup>1</sup>

133.

SBMZ+

**B**ENEDICAT vobis Dominus, hodierna interveniente paschali sollemnitare, et ab omni miseratus dignetur vos defendere vetustate.<sup>2</sup> *R. Amen.*

Et, qui ad æternam vitam Unigeniti sui resurrectione vos reparat, in ipsius adventu immortalitatis vos gaudiis vestiat. *R. Amen.*

Ut,<sup>3</sup> qui, expletis ieiuniorum, sive passionis dominicæ diebus, paschalis festi gaudia celebratis, ad ea festa, quæ non sunt annua, sed continua, ipso opitulante, exsultantibus animis, veniatis. *R. Amen.* Quod ipse præstare.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> B In] die Paschæ M In] sancto die Paschæ benedictio Z In] die sancto Paschæ

<sup>2</sup> Z hodierna] die interveniente ... omni vos miseratus ... defendere pravitate

<sup>3</sup> Z Et

<sup>4</sup> Z add. præstare] dignetur qui devicta morte Patri Sanctoque Spiritui coæqualis vivit et gloriatur Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen. Benedictio Dei Patris.

134. Alia:

SB

**D**EUS, qui hodierna die eduxit de morte pastorem mag/41'/num ovium in sanguine testamenti æterni: in finem vos eripiat de potestate tenebrarum et inferni. *R. Amen.*

Et, qui prædestinavit eum ex resurrectione mortuorum · secundum Spiritum sanctificationis, transferat vos in regnum Filii suæ dilectionis. *R. Amen.*

Ut, liberati per Christum, qui est primitiæ resurrectionis, et primogenitus omnis creaturæ, virtutes eius annuntietis, qui de tenebris vos vocavit in lumen suum admirabile. *R. Amen.* Quod ipse.

### FERIA SECUNDA<sup>1</sup>

135.

SBM

**D**EUS, qui suscitavit Iesum a mortuis: vivificet vos per ipsum ab operibus mortuis, ne, spiritu mortui, in fœtore vitiorum computrescatis. *R. Amen.*

<sup>1</sup> B secunda] Paschæ M secunda] Introduxit vos Dominus benedictio

Det vobis resurrectionis auctorem ore competenter laudare, desiderio meditari, dilectione quærere, devotione retinere, qui post resurrectionem duobus<sup>2</sup> discipulis, de se in via sermocinantibus, suam voluit præsentiam exhibere. **R.** Amen.

Doceat vos ante omnia hospitalitatem amare, ut, qui susceptoribus suis in fractione panis agnitus est,<sup>3</sup> in æterna vos resurrectione, pro<sup>4</sup> exhibita sibi hospitalitate, dignetur remunerare. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>2</sup> **M** resurrectionem] suam duobus

<sup>3</sup> **M** ut] susceptoribus suis in panis fractione cognitus est

<sup>4</sup> **B** per

### FERIA TERTIA<sup>1</sup>

136.

**SBM**

**D**EUS, qui repromissionem, ad patres nostros factam, adimplevit in filiis: conservet in vobis dona suæ gratiæ, quos non corruptilibus auro vel argento redemit de vana vestra conversatione. **R.** Amen.

Det vobis firma fide perfectam corporum resurrectionem credere, cuius ipse, primitiæ<sup>2</sup> dormientium, formam se vobis<sup>3</sup> voluit exhibere. **R.** Amen.

Ut, qui in passione pro vobis piscis assus factus est, favo divinitatis suæ vos satiet,<sup>4</sup> ut, sicut in Adam omnes morimur, ita in Christo omnes vivificemur. **R.** Amen.

Quod ipse præstare dignetur. /42v/

<sup>1</sup> **M** *tertia*] Aqua sapientiæ potavit *benedictio*

<sup>2</sup> **M** primice (*sic*)

<sup>3</sup> **M** nobis

<sup>4</sup> **S B** faciet

### FERIA QUARTA<sup>1</sup>

137.

**SBM**

**C**HRISTUS Iesus, qui discipulis, tota nocte in captura piscium frustra laborantibus, post resurrectionem suam mane apparuit in litore: dignetur vos ipse, sol iustitiæ, de tenebris mortis ad resurrectionis lucem revocare. **R.** Amen.

Attrahat vos de profundo aquarum ad soliditatem perpetui litoris, ut Salvatorem vestrum quandoque in terra viventium, non in fluctibus ambulantes, videatis. **R.** Amen.

Quatenus, cum ipse Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos cum<sup>2</sup> illo appareatis in gloria. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** *quarta*] *benedictio*

<sup>2</sup> **B** tunc] etiam cum

## FERIA QUINTA

138.

SB

**D**EUS, qui peccatrici Mariæ · multum dimisit, ut multum diligeret:<sup>1</sup> memores vos faciat superabundantis suæ misericordiæ, ut semper recogitetis, quantum eum debeatis amare. **R.** Amen.

Doceat vos mulieris huius exemplo, Iesum iam non mortuum, sed viventem fideliter /43<sup>v</sup>/ quærere, et in inquisitione non lassescere, ut eum in die resurrectionis mereamini, sicuti est, videre. **R.** Amen.

Ut ipse, Mediator Dei et hominum, sic infirmam in se naturam notam vobis faciat, ut, in deitate Patris coæqualis, etiam in cordibus vestris ad Patrem ascendat. **R.** Amen.  
Quod ipse.

<sup>1</sup> B dimisit] quia multum dilexit

## FERIA SEXTA

139.

SB

**D**EUS, qui in passione, paulo minus minoratus ab angelis, gloria et honore a Patre coronatus est: det vobis, ut, sicut ipse, caput vestrum, de corruptione ad incorruptionem transiit, sic et vos, membra eius, cum ipso transeat. **R.** Amen.

Doceat vos ab infimis actionibus ad montem virtutum ascendere, ut ipsum, Deum deorum · in Sion, mereamini facie ad faciem videre. **R.** Amen.

Quatenus a vetustate carnis Adæ ad spiritalem eius novitatem sic perfecte transmi- /43<sup>v</sup>/ gretis, ut eum cum beatis spiritibus in Galilæa sua<sup>1</sup> in spiritu et veritate quandoque adoretis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B ut] cum beatis spiritibus in Galilæa sua eum

## SABBATO

140.

SB

**D**EUS, qui, a Iudæis lapis reprobatus,<sup>1</sup> factus est · in caput anguli: faciat vos in ipso cum electis lapidibus in habitaculum suum coædificari. **R.** Amen.

Doceat vos mysterium incarnationis suæ<sup>2</sup> intelligere, et non contemnere in Deo naturam hominis, ut cum Petro in<sup>3</sup> monumentum introeatis. **R.** Amen.

Quatenus, dulcedinem eius gustantes, et ineffabilem gratiam suavitatis, non solum de petra, sed iam de firma petra oleum Sancti Spiritus<sup>4</sup> sugatis. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B reprobus

<sup>2</sup> S eius

<sup>3</sup> B om.

<sup>4</sup> B de] infirma petra oleum Spiritus Sancti



DOMINICA PRIMA POST ALBAS<sup>1</sup>

141.

SBM+

**D**EUS, qui est vita mortalium, salusque peccatorum: auferat a vobis omnes maculas delictorum. **R.** Amen.

Induat vos decore virtutum, sanctificet mentes,<sup>2</sup> purificet voluntates, et donet vobis /44r/ consortium sanctorum angelorum. **R.** Amen.

Ut, probabiles fide, et immaculati<sup>3</sup> opere, perveniatis ad æternam gaudiorum cælestium hereditatem. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *In octava Paschæ* **M** *Albas*] Quasi modo geniti

<sup>2</sup> **B** sanctificet] mentes vestras

<sup>3</sup> **B** inmalati (*sic*)

142. *Alia:*

SB

**C**HRISTUS Iesus, qui, pro nobis vulneratus, in testimonium perfectæ resurrectionis vulnera sua attractanda præbuit discipulis: mortifera peccatorum vulnera sanet in vobis. **R.** Amen.

Et, qui in dubitatione Thomæ omnes, in futurum credentes, corroboravit in fide, det vobis ea, quæ ex Evangelio auditis,<sup>1</sup> fideliter credere, quibus eum non contigit<sup>2</sup> corporaliter videre. **R.** Amen.

Quatenus, dum in æterna resurrectione corruptio incorruptelam induerit, sic a vita, quod mortale est, absorbeatur, ut nemo vestrum secunda morte moriatur. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** audistis

<sup>2</sup> **B** contingit

DOMINICA SECUNDA<sup>1</sup>

143.

SBM

**D**EUS, qui vos reconciliavit sibi per Christum: impleat in vobis suæ reconciliationis mysterium.<sup>2</sup> **R.** Amen. /44r/

Præstet vobis, ut qui vivitis, iam non vobis vivatis, sed ei, qui pro omnibus est mortuus, et resurrexit. **R.** Amen.

Ut, cum transierit iniquitas et tristitia, a claritate in claritatem transformati, gaudio ineffabili gaudeatis, quod nemo tollat a vobis. **R.** Amen.

Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> **M** *secunda*] Misericordia Domini

<sup>2</sup> **B** ministerium

144. Alia:

SB

**C**HRISTUS Iesus, qui vos, sicut oves errantes, in sanguine suo redemit, et ad pascua vitæ revocavit, et cottidie revocat: contra invisibiles vos lupos tueatur, ut, nullo pereunte, omnes vos ad cælestes caulas perducatur. **R.** Amen.

Et, qui animam suam posuit pro ovibus suis, cognoscat vos<sup>1</sup> in misericordia, ut et vos pastorem vestrum in veritate cognoscatis, et vocem eius in omnibus audiatis. **R.** Amen.

Quatenus ipse pastor bonus in pascuis uberrimis accubare vos faciat in montibus Israel, ut in ipso iustitiæ vivatis, iam peccatis mortui, cuius livore estis sanati. **R.** Amen. /45<sup>r</sup>/  
Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *om.*

### DOMINICA TERTIA<sup>1</sup>

145.

SBM+

**G**RATIA sua vos Dominus locupletet, et cælesti benedictione multiplicet. **R.** Amen.  
**A**b omni adversitate vos defendat, et pia semper miseratione custodiat. **R.** Amen.  
Petitiones vestras placatus intendat, et culparum omnium vobis indulgentiam clementer attribuat. **R.** Amen. Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> **M** *tertia*] Iubilare Deo

146. Alia:

SB

**C**ONCEDAT vobis Deus, ut mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circumferatis, ut et vita eius manifestetur in vobis. **R.** Amen.

Largiatur vobis, ut, qui cum eo ab<sup>1</sup> elementis huius mundi mortui estis, nihil in hoc mundo, tamquam in eo viventes, decernatis. **R.** Amen.

Ut, iam non cognoscentes Christum secundum carnem, in ipso sitis nova creatura, per quem vetera transierunt, et ecce, omnia facta sunt nova. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *Largiatur*] ut qui ab

### DOMINICA QUARTA<sup>1</sup>

147.

SBM

**P**RÆSTET vobis Deus, ut, speculatores facti illius magnitudinis, per bonam operam<sup>2</sup> /45<sup>v</sup>/ certam vestram vocationem et electionem faciatis.<sup>3</sup> **R.** Amen.

<sup>1</sup> **M** *quarta*] Cantate Domino

<sup>2</sup> **M** *per*] bona opera

Assit vobis fides cum virtute, scientia cum abstinentia, patientia cum pietate, amor fraternitatis cum caritate, ne sine fructu<sup>4</sup> constituamini in futura cognitione. **R.** Amen.  
 Ut, memores purgationis veterum<sup>5</sup> delictorum, abundanter vobis ministretis introitum in æternum regnum · Domini nostri · et Salvatoris,<sup>6</sup> Iesu Christi. **R.** Amen.  
 Quod ipse.

<sup>3</sup> **B** vestram] faciatis vocationem et electionem

<sup>4</sup> **S** ne] fructu sine, *postea litteris a et b conversum.*

<sup>5</sup> **S** veterorum (*sic*)

<sup>6</sup> **B** *om.* nostri] et Salvatoris

148. Alia:

**SB**

**D**EUS, a quo omne datum optimum · et omne donum perfectum est: interiorem hominem vestrum ab omnibus emundet spurcitiis, ut Spiritus eius dignanter inhabitet in vobis. **R.** Amen.

Et, qui in cælis regnat, corda vestra ad ea, quæ sursum sunt, erigat, ut, qui inter ministros eius censi concupiscitis, etiam in corpore iam cum illo per desiderium sitis. **R.** Amen.

Quatenus et hic, inter pressuras mundi, eundem Spiritum eius invisibiliter consolatorem habeatis, et eius inspiratione, ad contuendam /46/ Salvatoris vestri præsentiam, pertingatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

## DOMINICA QUINTA<sup>1</sup>

149.

**SBM**

**O**MNIPOTENS Deus factores verbi sui, non tantum auditores vos faciat, ut religionem vestram, quam professione prætenditis,<sup>2</sup> honestis operibus astruatis. **R.** Amen.

Doceat vos, quæ expediunt, orare, et misericorditer tribuat, quæ oratis, ut et hic, et in futuro orationum vestrarum fructum habeatis. **R.** Amen.

Ut<sup>3</sup> ipse petentibus, sicut pollicitus est, gaudium plenum tribuat, non ut<sup>4</sup> exsultetis in rebus pessimis, sed ut prius ex repromissione, postea ex retributione gaudeatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> **M** *quinta*] Vocem iucunditatis

<sup>2</sup> **M** protenditis

<sup>3</sup> **M** Et

<sup>4</sup> **B** **M** tribuat] ut non

FERIA SECUNDA<sup>1</sup>

150.

SBM+

**D**EUS, qui operatur in sanctis suis et velle, et proficere<sup>2</sup> pro bona voluntate: devotionem vestram, ad exsequendam salutaris abstinentiæ medicinam, sua excitet miseratione, corroboret<sup>3</sup> benedictione. *R.* Amen.

Quique castigat omnem filium, quem recipit, non vos /46'/ patiat in flagellis, quæ meremur, in patientiæ vitio titubare, sed ad suam faciat pietatem humili<sup>4</sup> supplicatione confugere. *R.* Amen.

Ut,<sup>5</sup> qui fragilitatem humanæ mutabilitatis, utpote Creator, agnoscit, auxilium suum bonis inchoationibus vestris accommodet, ut, ipso duce, quo incitatore, quæ ad veram salutem pertinent, peragatis. *R.* Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> *B* secunda] in Rogationibus *M* secunda] Exaudivit te

<sup>2</sup> *M* perficere

<sup>3</sup> *M* miseratione] et corroboret

<sup>4</sup> *B* suam] pietatem humili faciat

<sup>5</sup> *M* Et

## FERIA TERTIA

151.

SB+

**O**MNIPOTENS Deus, qui Ninivitarum culpas · ita ferire disposuit, ut potius eligeret misereri conversis: vos, benedictione sua ditatos, digne faciat pænitere, quod male gessistis, et largiatur præmia, quæ pie desideratis. *R.* Amen.

Concedatque humilitati vestræ, ut ita corpora, amplectendo<sup>1</sup> parsimoniam, epularum<sup>2</sup> deliciis abstineant, quatenus mentes vestræ, esurientes et sitientes iustitiam, ab illecebris male blandientium ieiunent vitiorum. *R.* Amen.

Accendat corda vestra timore casto · et amore /47'/ perfecto, ut evadatis mala, reis timenda, et adipiscamini bona perennia, beatis speranda. *R.* Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> *B* corpora] vestra amplectendo

<sup>2</sup> *B* parsimoniam] ab epularum

FERIA QUARTA IN VIGILIA ASCENSIONIS DOMINI<sup>1</sup>

152.

SBM

**D**EUS, qui corruptibilem naturam hominis ad dexteram Patris iam incorruptibilem collocavit in cælis: compatiatur infirmitatibus vestris per id, quod vestri<sup>2</sup> est similis, et quia Filius Dei est, interpellet pro nobis. *R.* Amen.

<sup>1</sup> *B* In vigilia Ascensionis *M* In vigilia Ascensionis Omnes gentes

<sup>2</sup> *S* *M* nostri

Et, quia iudicium illi omne<sup>3</sup> a Patre datum est, distractionem temperet iudicii per misericordiam, ut non paucos coheredes secum conscribat ad vitam. **R. Amen.**

Quatenus, secundo iam iudicaturus veniens, ad regna cælorum vos transferat, pro quibus in mundum iudicandus advenerat. **R. Amen.** Quod ipse præstare.

<sup>3</sup> **B** *om.* omne] a Patre **M** iudicium] omne illi

### IN ASCENSIONE DOMINI<sup>1</sup>

153.

SBMZ+

**B**ENEDICAT vobis omnipotens Deus, cuius Unigenitus hodierna die cælorum alta penetravit, et vobis, ubi ille est, ascendendi<sup>2</sup> aditum patefecit. **R. Amen.**

Concedat propitius, /47/ ut, sicut post resurrectionem suam discipulis visus est manifestus,<sup>3</sup> ita vobis, in iudicium<sup>4</sup> veniens, videatur esse<sup>5</sup> placatus. **R. Amen.**

Ut,<sup>6</sup> qui eum consedere Patri in sua maiestate creditis, vobis eum<sup>7</sup> manere · usque in finem sæculi · secundum suam<sup>8</sup> promissionem sentiatis. **R. Amen.**

Quod ipse præstare.<sup>9</sup>

<sup>1</sup> **S** *Omnes litteræ i sunt accentibus instructæ.* **B** *In die sancto Ascensionis* **M** *In die sancto Viri Galilæi* **Z** *De Ascensione Domini*

<sup>2</sup> **B** ascendentibus

<sup>3</sup> **Z** manifestatus

<sup>4</sup> **S** *orig. del. ita] vobis in iudicium vobis in iudicium (diplographia)*

<sup>5</sup> **Z** *om.*

<sup>6</sup> **Z** Et

<sup>7</sup> **M Z** creditis] vobiscum

<sup>8</sup> **M** *om.*

<sup>9</sup> **Z** *add.* præstare] dignetur qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et gloriatur Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen. Benedictio Dei Patris.

154. Alia:

SB

**D**EUS, Dei Filius, qui hodierna die, videntibus discipulis, in alta cælorum ascendit: faciat vos de virtute in virtutem ascendere, ut<sup>1</sup> in gloria sua illi et vos cum benedictionis filiis mereamini consedere. **R. Amen.**

Conservet in vobis libertatem, sua morte redditam, qui, destructo mortis imperio, captivitatem vestram,<sup>2</sup> hodie ascendens, duxit captivam. **R. Amen.**

Adiuvet vos dona, quæ ascendens hominibus dedit, non perdere, ut, redeuntem in nubibus, mereamini indemnes videre. **R. Amen.** /48/ Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** et

<sup>2</sup> **B** nostram

DOMINICA PRIMA POST ASCENSIONEM DOMINI<sup>1</sup>

155.

SBM+

**B**ENEDICAT vos de cælis omnipotens Deus, qui per Crucem et sanguinem passionis suæ · vos<sup>2</sup> venire dignatus est redimere in terris. *R. Amen.*

Ipse vos renovet a vetustate peccati, qui pro vobis dignatus est<sup>3</sup> crucifigi. *R. Amen.*

Vosque ad cælestia suscitet, qui pro vobis inferni claustra penetravit. *R. Amen.*

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** Dominica post Ascensionem **M** Dominica post Ascensionem Exaudi Domine

<sup>2</sup> **B** nos

<sup>3</sup> **B M** vobis] voluit

156. Alia:

SB

**L**ARGIATUR vobis Deus, ut boni æmulatores sitis, et Iesum Christum in cordibus vestris sanctificetis. *R. Amen.*

Cum modestia et timore bonam habeatis conscientiam, ut in eo, quod detrahunt de vobis, confundantur, qui vestram bonam in Christo conversationem calumniantur. *R. Amen.*

Quatenus, per bonæ conscientiae interrogationem salvi facti, Iesum Christum, qui profectus est in cælum, subiectis sibi angelis et potestatibus /48<sup>v</sup>/ et virtutibus, consequi mereamini. *R. Amen.* Quod ipse præstare.

## IN VIGILIA PENTECOSTES

157.

SBM+

**B**ENEDICAT vobis omnipotens Deus, ob cuius Paracliti Spiritus Sancti<sup>1</sup> · adventum mentes vestras ieiunii observantia præparatis, et præsentem diem sollempnibus laudibus honoratis. *R. Amen.*

Instar modo renatorum infantium · talem innocentiam habeatis, ut templum<sup>2</sup> Sancti Spiritus, ipso tribuente, esse possitis. *R. Amen.*

Atque idem Spiritus veritatis · ita vos hodie sua habitatione dignos efficiat, ut cras vestris mentibus<sup>3</sup> se, vobiscum perpetim habiturus,<sup>4</sup> infundat, ut,<sup>5</sup> peracto præsentis vitæ curriculo, vos ad cælestia regna perducatur. *R. Amen.*

Quod<sup>6</sup> ipse præstare dignetur, cuius regnum et imperium sine fine permanet.

<sup>1</sup> **B** Paracliti] Sancti Spiritus

<sup>2</sup> **B** templo

<sup>3</sup> **M** meritis

<sup>4</sup> **B** habiturus

<sup>5</sup> **M** et

<sup>6</sup> **S** Quos

IN SANCTO DIE<sup>1</sup>

158.

SBMZ+

**D**EUS, qui hodierna die discipulorum mentes<sup>2</sup> Spiritus Paracliti<sup>3</sup> infusione dignatus est illustrare: faciat vos eiusdem<sup>4</sup> Spiritus donis /49<sup>v</sup>/ exuberare. **R.** Amen.  
Et ille ignis, qui super discipulos<sup>5</sup> apparuit, peccatorum vestrorum sordes expurget,<sup>6</sup> et sui luminis infusione corda vestra illustret.<sup>7</sup> **R.** Amen.

Quique dignatus est diversitatem linguarum in unius fidei confessione<sup>8</sup> adunare, in eadem vos faciat fide perseverare, et per hanc ad speciem<sup>9</sup> suæ celsitudinis pervenire. **R.** Amen. Quod ipse præstare dignetur.<sup>10</sup>

<sup>1</sup> **B Z** In die sancto Pentecostes **M** In sancto die Pentecostes Spiritus Domini replevit

<sup>2</sup> **Z** discipulorum] Christi mentes

<sup>3</sup> **M** Spiritus] Sancti Paracliti

<sup>4</sup> **Z** vos] sua benedictione repleti et eiusdem

<sup>5</sup> **Z** apostolos

<sup>6</sup> **B** peccatorum] nostrorum sordes purget

<sup>7</sup> **Z** perlustret

<sup>8</sup> **Z** confessionem

<sup>9</sup> **B** spem

<sup>10</sup> **B** *add. aliam benedictionem, quæ in S deest:*

**Item alia** Deus, qui hodierna die repromissum Spiritum Sanctum · repentino sonitu super discipulos misit · in linguis igneis: in eodem Spiritu · et caritatem Dei, et ædificationem proximi accendat in vobis. **R.** Amen. Et, sicut primitiva illa ecclesia crescebat et confortabatur in timore Dei, et consolatione Spiritus Sancti repleta est, ita et vos consoletur per eundem Spiritum, et crescere faciat in salutem. **R.** Amen. Quatenus et pacem, ab eo relictam, artius teneatis, et eundem Paraclitum, vobiscum in æternum mane[n]tem, habeatis. **R.** Amen. Quod. (*cf.* C 954)

FERIA SECUNDA<sup>1</sup>

159.

SBM

**D**EUS, qui vos<sup>2</sup> in Spiritu suo<sup>3</sup> abluit, sanctificavit et iustificavit: animam vestram et corpus sine querela in suum conservet adventum. **R.** Amen.

Revelet vobis per eundem Spiritum mysterium absconditum, quod prædestinavit ante sæcula in gloriam vestram, quod nemo principum huius sæculi cogitavit.<sup>4</sup> **R.** Amen.

Et, qui sic dilexit mundum, ut pro eo daret Filium suum Unigenitum, concedat vobis, ut, credentes in eum, non pereatis, sed /49<sup>v</sup>/ vitam æternam habeatis.<sup>5</sup> **R.** Amen.

Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> **M** *secunda*] Cibavit eos

<sup>2</sup> **B** nos

<sup>3</sup> **M** Sancto

<sup>4</sup> **S M** cognovit

<sup>5</sup> **M** vitam] habeatis æternam

## FERIA TERTIA

160.

SBM+

**D**EUS, qui apostolos, Christi, Filii sui recessu quasi orphanos factos, adventu Spiritus Sancti<sup>1</sup> reddidit consolatos: ipso vos semper inhabitante, ab omni malo faciat alienos. **R.** Amen.

Et, qui eos charismate donavit omnium linguarum, vos ditet gratia cunctarum virtutum. **R.** Amen.

Ut hic unanimes, uno ore honorificantes Deum, cum ipsis perveniatis ad regna cælorum. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B adventu] Sancti Spiritus

## FERIA QUARTA

161.

SBM

**D**EUS, qui est ostium vitæ: faciat vos ad hoc ostium non ficte, sed simpliciter venire, ut, non aliunde ascendentes, cum pastore mereamini per ostium introire. **R.** Amen.

Dignos vos in misericordia sua efficiat, quos vocet ex nomine, ut nomina vestra ascribantur<sup>1</sup> in libro vitæ. **R.** Amen.

Quatenus, ipso pastore præduce,<sup>2</sup> pascua vitæ inveniatis, ubi nec lupum amodo, nec /50/ furem timeatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> M scribantur

<sup>2</sup> B ipso] præduce pastore

162. Alia:<sup>1</sup>

SB

**D**EUS, cui omnes docibiles sunt: doceat vos voluntatem suam<sup>2</sup> facere, quos per gratiam fidei traxit ad se, et in dilectionem suam docuit animas levare. **R.** Amen. Pascat vos pane vitæ, qui descendit de cælo, ut, cælestem vitam agentes, et beatorum spirituum puritatem æmulantes, iam per concupiscentiam<sup>3</sup> non sitis in mundo. **R.** Amen.

Quatenus, fideliter gustantes hunc panem, in æternum in illo vivatis, et, cum temporalem vitam moriendo consummaveritis, immortalem resurgendo feliciter incipiat. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> B Feria quinta (et sic intitulando benedictiones singulas usque ad octavam tamquam dierum consequentium, sed falso, ut concludi potest de pericopis evangelicis, ad quas benedictiones pertinent)

<sup>2</sup> B voluntatem] suam suam (diplographia)

<sup>3</sup> B concupiscentias



FERIA QUINTA<sup>1</sup>

163.

SB

**O**MNIPOTENS Deus exoneret vos sæcularium desideriorum inutilibus sarcinis, ut in via Dei tanto agilius, quanto expeditius curratis. **R.** Amen.

Doceat vos non superbe sapere, nec sperare /50'/ in incerto divitiarum, ut, dum in cælo, non in terra thesaurizatis, non in pera, neque pecunia, sed in Domino fiduciam habeatis. **R.** Amen.

Quatenus, sic utentes mundo, ut affluentibus<sup>2</sup> divitiis · corda non apponatis, in terra viventium · ipsum Dominum, partem hereditatis vestræ, possideatis. **R.** Amen.

Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** Feria sexta

<sup>2</sup> **B** ut] cum affluentibus

FERIA SEXTA<sup>1</sup>

164.

SBM

**D**EUS, qui conversis et pænitentibus remissionem peccatorum pollicitus est: doceat vos post lapsum non desperare, quia promissor vester inefficax non est · remissionem, quam promiserat, donare. **R.** Amen.

Et, qui mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit, misericorditer vobis remittat in sæculo, ut animas vestras non derelinquat in inferno. **R.** Amen.

Quatenus non legem, quæ per Moysen, sed superabundantem gratiam, quæ per Christum facta est, sic pænitendo experiamini,<sup>2</sup> ut ad gloriam iustorum perveniatis, per indulgentiam iustificati. **R.** Amen. /51'/ Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B M** Sabbato

<sup>2</sup> **M** expiamini

SABBATO<sup>1</sup>

165.

SB

**D**EUS, fons aquæ viventis: restinguat<sup>2</sup> in vobis incentiva vitiorum et illecebras carnis, ne mortifero pravæ dilectionis calore febricitetis. **R.** Amen.

Det vobis fortitudinem animi, ut, quotiens spiritus, potestatem habens super vos, ascenderit, tentationibus impugnati, locum vestrum non deseratis. **R.** Amen.

Et, qui tentationes utiliter permittit, salubriter reprimit, faciat in vobis nocivum sæcularis concupiscentiæ solem · occidere, ut, sanatis cunctis languoribus animæ, ipse auctor et incentor<sup>3</sup> totius criminis, ultra locum non habeat in vobis. **R.** Amen. Quod.

<sup>1</sup> **B** In octava Pentecostes

<sup>2</sup> **B** restringat

<sup>3</sup> B intentor

### IN OCTAVA PENTECOSTES<sup>1</sup>

166.

SBM

**D**EUS, qui vos de terreno Adam terrenos, de cælesti cælestes fecit: det vobis toto desiderio æmulari cælestia, ut, quod mortale est, absorbeatur a vita. **R.** Amen. /51/ Impleat vos ante et retro oculis circumspeditionis, ut, qui per regenerationem filii dei<sup>2</sup> facti estis et lucis, ad magistrum<sup>3</sup> vitæ non in nocte veniatis. **R.** Amen.

Quatenus, absorpta victoria mortis, iam<sup>4</sup> æquales angelis, Deo non mortuorum, sed vivorum carne pariter et spiritu vivatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> B *Item alia* M *Dominica in octava Pentecostes*

<sup>2</sup> M Dei

<sup>3</sup> B *per]* regenanciam (*sic*) filii Dei facti estis et lucis et magisterium

<sup>4</sup> B *om.*

### DOMINICA DE SANCTA TRINITATE<sup>1</sup>

167.

SBM+

**O**MNIPOTENS Deus, Trinitas unus et verus Deus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus · det vobis se desiderare<sup>2</sup> fideliter, agnoscere veraciter, diligere sinceriter. **R.** Amen. Æqualitatem atque<sup>3</sup> incommutabilitatem · suæ essentiæ · ita mentibus vestris infigat, ut ab ea numquam vos quibuscumque phantasiis aberrare permittat. **R.** Amen.

Sicque vos in sui fide, spe et caritate perseverare concedat, ut per ea postmodum ad sui manifestationem visionemque inter/52/·minabilem introducat. **R.** Amen.

Quod ipse.

<sup>1</sup> B *De sancta Trinitate* M *De sancta Trinitate* Benedicta sit sancta

<sup>2</sup> B considerare

<sup>3</sup> M et

168. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui in vera sanctæ Trinitatis fide · et confessione salutis vestræ<sup>1</sup> summam<sup>2</sup> et fundamentum voluit consistere: faciat vos eiusdem fidei integritatem illibatam<sup>3</sup> tenere, ut, in ipsa perfecte<sup>4</sup> servientes, mereamini complacere. **R.** Amen.

<sup>1</sup> S nostræ

<sup>2</sup> B summa

<sup>3</sup> B *om.*

<sup>4</sup> B *om.*

Det vobis de altitudine divitiarum sapientiæ suæ · sic credere et confiteri · personas tres individuæ Trinitatis, ut unam divinitatis essentiam nec verbo, nec spiritu dividatis. **R.** Amen.

Quatenus dum<sup>5</sup> Patrem in Filio, et Filium in Patre manentem, et Spiritum Sanctum ex utrisque consubstantialiter procedentem veraciter creditis, et vos in ipso<sup>6</sup> secundum evangelicam promissionem unum sitis. **R.** Amen. Quod ipse præstare dignetur.

<sup>5</sup> **B** *om.*

<sup>6</sup> **B** veraciter] credatis ut vos ipso

### DOMINICA PRIMA /52'/ POST OCTAVAM PENTECOSTEN<sup>1</sup>

169.

**SB**

**D**EUS, qui, ad ostendendam caritatem, Filium suum misit · veram pro peccatis nostris propitiationem: doceat vos, pro rependenda ei vicissitudine, alterutrum diligere, ut de amore proximi ad amorem Dei possitis proficiendo venire.<sup>2</sup> **R.** Amen.

Inspiret vobis, ut in eadem dilectione amicos vobis faciatis de iniquo mammona, ut, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. **R.** Amen.

Quatenus per eleemosynam, quæ a morte liberat,<sup>3</sup> et non permittit hominem in tenebras ire, de morte ad vitam, de tenebris ad lucem, de incendio ad refrigerium mereamini transire. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** *subsequentes duas benedictiones ordine converso habet.* **M** *octavam]* Pentecostes Domine in tua

<sup>2</sup> **B** pervenire

<sup>3</sup> **S** *orig. corr. de liberet*

170. Alia:

**SBM**

**C**ONCEDAT vobis omnipotens Deus, non superbe sapere, neque in incerto divitiarum sperare, /53'/ sed in Deo vivo, qui omnia præstat, semper et ubique<sup>1</sup> bonis operibus abundare. **R.** Amen.

Præstet, ut, qui in vobis est humilis · et pauper, in sua gloriatur<sup>2</sup> exaltatione, et, qui in vobis dives est, in sua gloriatur humilitate. **R.** Amen.

Largiatur vobis, ut divites facti in operibus bonis, facile tribuatis · et communicetis, et ut, thesaurizantes vobis fundamentum bonum in futurum, se<sup>3</sup> æternæ vitæ speretis præmia redditurum. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **S** undique

<sup>2</sup> **S** pauper] in sua gloriatur et **B** pauper] gloriatur in sua

<sup>3</sup> **B** sed **M** *om.* bonum] in futurum se

DOMINICA SECUNDA<sup>1</sup>

171.

SBM

**D**EUS,<sup>2</sup> qui scit, quia vita vestra vapor est, ad modicum parens, et deinceps exterminabitur: concedat vobis, ut, inimici huius sæculi facti, amici Dei constituamini. **R.** Amen.

Induat vos lorica caritatis et fidei · et galea spei salutis,<sup>3</sup> ut, qui diei<sup>4</sup> estis, ab operibus tenebrarum vos invicem<sup>5</sup> excitetis,<sup>6</sup> et digne coram Deo et hominibus ambuletis. **R.** Amen.

Ut,<sup>7</sup> qui non positi /53<sup>v</sup>/ estis in iram, sed acquisitionem<sup>8</sup> salutis, cum beatis et electis Dei · ad cenam nuptiarum Agni veniatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** *secunda*] Factus est Dominus *benedictio*

<sup>2</sup> *Litteras initiales in S dehinc passim omissas suppleo sine ulla annotatione.*

<sup>3</sup> **B M** *spei*] et salutis

<sup>4</sup> **B** Dei

<sup>5</sup> **S** vos] ad invicem

<sup>6</sup> **M** exercetis

<sup>7</sup> **B M** Et

<sup>8</sup> **B M** *sed*] in acquisitionem

172. Alia:

SB

**D**EUS, qui vos ad cenam suam per patriarchas et prophetas, novissime<sup>1</sup> per apostolos suos dignatus est invitare: sæcularium vos curarum impedimentis dignetur exonerare, ut a talibus epulis nulla vos subtrahatis excusatione. **R.** Amen.

Nulla vos sollicitudo, nullus terreni amoris affectus · a Christo vestro dividat, ut nemo ex vobis sit, qui ad corporis illius unitatem non pertingat. **R.** Amen.

Quatenus in resurrectione sic in conspectu eius appareatis in iustitia, ut, cum gloria eius cœperit manifestari, perpetua eius visione mereamini cum angelis satiari.<sup>2</sup> **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *prophetas*] suos novissime

<sup>2</sup> **B** *sociari*

DOMINICA TERTIA<sup>1</sup>

173.

SBM

**C**ONCEDAT vobis<sup>2</sup> Deus divitias bonitatis eius et patientiæ · et longanimitatis<sup>3</sup> adtendere, ut benignitas<sup>3</sup> eius ad pœnitentiam vos possit adducere. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **M** *tertia*] Respice in me *benedictio*

<sup>2</sup> **M** nobis

<sup>3</sup> **B** *benignitatis*

Non thesaurizetis vobis per duritiam · et impænitens cor iram<sup>4</sup> in die iræ · et revelati-  
onis iusti iudicii Dei, qui reddet secundum opera sua omni homini. **R. Amen.**

Ut, cum his, qui credunt iniquitati, ira venerit et indignatio · et tribulatio · et angu-  
stia, vos secundum patientiam boni operis · honorem et gloriam · et cum angelis  
congratulantibus vitam possideatis æternam. **R. Amen.** Quod ipse præstare.

<sup>4</sup> **B** cor] et iram

174. Alia:

**SB**

**M**ISERICORS Deus, qui, ut ovem perditam revocaret, de sinu Patris egressus est:  
neminem amodo ex vobis patiat<sup>1</sup> perire, quos per mortem suam, ad inte-  
grandum<sup>2</sup> ovium suarum numerum, misericorditer voluit invenire. **R. Amen.**

Et ipse,<sup>3</sup> æterna Dei sapientia, decimam in vobis drachmam dignetur in perpetuum  
servare, quam /54'/ per assumptionem<sup>4</sup> carnis, quasi ex lumine testæ, dignatus est  
reparare. **R. Amen.**

Quatenus, sicut iam in fide et regeneratione vestra fecit, ita nunc in pænitentia et per-  
fecta vestra<sup>5</sup> conversatione gaudium faciat suis angelis, ut eos et hic adiutores, et in  
futuro concives habeatis. **R. Amen.** Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** neminem] ex vobis patiat<sup>1</sup> amodo

<sup>2</sup> **B** redintegrandum

<sup>3</sup> **B** Ut ipsa

<sup>4</sup> **B** assupcionem (*sic*)

<sup>5</sup> **B** *om.*

### IN QUATTUOR TEMPORUM, FERIA QUARTA<sup>1</sup>

175.

**SB**

**D**EUS, qui scrutator cordis est:<sup>2</sup> ponat cordi vestro custodiam, et ostium circum-  
stantiæ labiis, ne<sup>3</sup> vel peccatum vobis subrepat in vaniloquio, vel perversæ vos  
cogitationes separent a Deo. **R. Amen.**

Infundat vobis amorem · et tenacem custodiam iustitiæ, ut, dum infirmitatem vestram  
alter in altero recognoscitis, cum magno tremore terram terra iudicetis. **R. Amen.**

Tribuat vobis simplicitatem, et ad omnes effectum bonæ voluntatis, ne, dum ficto  
corde et duplicibus labiis in alterutrum detrahitis, Spiritus Sanctus,<sup>4</sup> qui caritatis  
amator est, se subtrahat a vobis. **R. Amen.** /55'/ Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** Feria quarta

<sup>2</sup> **B** scrutator] est cordis

<sup>3</sup> **B** labiis] vestris ne

<sup>4</sup> **B** *om.*

## FERIA SEXTA

176.

SB

**D**EUS, qui fideles suos filios appellat<sup>1</sup> et filias: sanet vos salutari medicamento, ne vacillantibus<sup>2</sup> fidei, ne vitiorum languoribus animæ vestræ possint periclitari. **R.** Amen.

Et, qui vita vestra est, visitet vos, in peccato mortuos, et de operibus mortuis · ad lucem vitæ suscitet redivivos. **R.** Amen.

Quatenus ipsi, accusatores vestri et iudices, sic voluntarie corrigamini de excessibus præteritis, ut de tenebrosis conscientiarum latibulis, morticina vestra confitendo, foras<sup>3</sup> eiiciatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** qui] vos filios suos appellat

<sup>2</sup> **B** medicamento] non vacillantes

<sup>3</sup> **B** latibulis] morticina vestra confitendo foris

SABBATO DUODECIM LECTIIONUM<sup>1</sup>

177.

SB

**D**EUS, qui ad revelationem gentium salutare lumen processit in mundum: reddat vobis spirituales oculos ad contemplationem veri luminis, quos per Adam in concupiscentia pomi execrabilis miserabiliter perdidistis. **R.** Amen.

Et,<sup>2</sup> qui primitivam /55v/ ecclesiam ex Iudæis coadunavit<sup>3</sup> et gentibus, ad agnitionem suam oculos utriusque populi aperiat, ut, exorto iam sole iustitiæ, in tenebris nemo remaneat. **R.** Amen.

Quatenus, illuminatorem vestrum sequentes, sic in via mandatorum eius ante faciem vestram incedatis, ut cum supernis animalibus non revertamini, nec ad dexteram vel sinistram<sup>4</sup> exorbitetis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** Sabbato

<sup>2</sup> **B** Ut

<sup>3</sup> **B** ordinavit

<sup>4</sup> **B** vel] ad sinistram

DOMINICA QUARTA<sup>1</sup>

178.

SBM

**O**MNIPOTENS et misericors Deus misericordes vos faciat, ut vobis misericordiarum suarum dona dignanter<sup>2</sup> infundat. **R.** Amen.

Sicque proximos vestros vos iudicare doceat, ne quem vestrum districtæ examinationis die condemnare debeat. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **M** quarta] Dominus illuminatio

<sup>2</sup> **B** dona] digna tibi

Sed, imitatores patientiæ Christi effectos, in futura suæ revelationis gloria in æternum vos dignetur constituere securos. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

179. Alia:

SB

**D**EUS, qui misericordes misericordiam consequendos esse prædixit: mi/56'/sericordes vos faciat delinquentibus proximis, ut et vos in die iræ non districtam iustitiam, sed superabundantem misericordiam inveniatis. **R.** Amen.

Aperiat vobis interiores oculos, ut, primum accusatores vestri, sic<sup>1</sup> peccata vestra grandia existimetis, ut proximorum peccata inhumana crudelitate<sup>2</sup> non iudicetis. **R.** Amen.

Quatenus, ad cor redeuntes, et vosmetipsos districta examinatione discutientes, sic de oculo vestro trabem laboretis eiicere, ut in oculo fratris festucam · non semper attendatis inspicere. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** primum] sitis accusatores vestri ut sic

<sup>2</sup> **B** proximorum] in humana crudelitate peccata

### DOMINICA QUINTA<sup>1</sup>

180.

SBM

**P**RÆSTET vobis Deus, ut, cum domus vestra huius habitationis dissoluta fuerit, ædificationem ex Deo habeatis, domum non manu factam, sed æternam in cælis. **R.** Amen.

Vestiti, et non nudi inveniimini, ut habitationem vestram, quæ de cælo est, superindui<sup>2</sup> mereamini. **R.** Amen.

Ut, dum per fidem ambulatis, et non per speciem, magis a corpore peregrinemini, ne in die Domini cum /56'/ infidelibus · a Christi contemplatione separemini. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** quinta] Exaudi Domine

<sup>2</sup> **B** indui

181. Alia:

SB

**D**EUS, qui beatum Petrum apostolum · de captura piscium ad capturam transtulit animarum: eius vos magisterio perducatur ad soliditatem perpetui litoris, cuius retribus in<sup>1</sup> salutem capti estis. **R.** Amen.

Det vobis patientiam, fidem, spem · et spiritum caritatis, ut unitatem Ecclesiæ · nec morum, nec verborum hæresibus scindatis. **R.** Amen.

Quatenus latissima Ecclesiæ sagena tales vos de fluctibus huius sæculi ad litus futuræ resurrectionis pertrahat, quos cum electis piscibus in vasa electionis sors beatorum colligat, non quos reproba vita foras<sup>2</sup> eiiciat. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** ad

<sup>2</sup> B foris

### DOMINICA SEXTA<sup>1</sup>

182.

SBM

**D**EUS, qui vitam æternam, quam promisit ante tempora sæcularia, suis temporibus manifestavit: inspiret vobis secundum communem fidem · gratiam dilectionis et pacem. **R. Amen. /57'**

Faciat vos ad omne opus bonum semper esse paratos, neminem blasphemare, non esse litigiosos, sed modestos. **R. Amen.**

Ut,<sup>2</sup> qui salvi facti estis per lavacrum<sup>3</sup> regenerationis et renovationis Spiritus Sancti, iustificati gratia ipsius, heredes secundum spem vitæ æternæ inveniamini. **R. Amen.**

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> M *sexta*] Dominus fortitudo

<sup>2</sup> B Et

<sup>3</sup> B lacrimarum

183. Alia:

SB

**D**EUS, qui vos<sup>1</sup> a servitute legis liberavit: faciat opera vestra super legalem iustitiam abundare, quos opera legis perfecte coram illo non possunt iustificare. **R. Amen.**

Doceat vos non solum non occidere, sed nec irasci proximis, ne<sup>2</sup> de odio fratris · homicidii præiudicium sustineatis. **R. Amen.**

Quatenus perfectio dilectionis ad omnes æque secundum voluntatem Dei propagetur, ut plenæ vestræ caritati · plena in retributione beatitudo donetur. **R. Amen.**

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B nos

<sup>2</sup> B nec

### DOMINICA SEPTIMA<sup>1</sup>

184. /57'

SBM

**D**EUS, qui non dedit vobis spiritum timoris, sed virtutis · et dilectionis · et sobrietatis: non secundum opera vestra, sed secundum propositum suum · gratiam suam confirmet in vobis. **R. Amen.**

Ut signaculo fundamenti Dei concludamini, et ab eo, qui, quæ eius sunt, novit, præcogniti, ab iniquitate discedatis, quicumque nomen Domini fideliter invocatis. **R. Amen.**

Non sitis pietatis speciem habentes, et virtutem eius abnegantes, sed, per gratiam Dei ab omni opere malo liberati, in regnum suum cæleste perducamini.<sup>2</sup> **R. Amen.**

<sup>1</sup> M *septima*] Omnes gentes

<sup>2</sup> B liberati] et in regnum suum cæleste perducemini



Quod ipse præstare.

185. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS Deus mittat in vos famem et sitim non temporalis alimenti, sed audiendi verba sua, ut nemo ex vobis spiritali<sup>1</sup> periclitetur inedia. **R.** Amen.

Præparet ipse in conspectu vestro mensam, unde spiritalem sumatis alimoniam, quæ sumen/58<sup>r</sup>/tibus fastidium non generat, sed cum incremento epularum in cordibus fidelium · ad cælestia semper anhelat. **R.** Amen.

Quatenus, verum hoc<sup>2</sup> manna comedentes, et de petra spiritali in hoc deserto bibentes, ad patriam repromissionis mereamini pervenire, ubi nec esurire in æternum possitis, nec sitire. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** speciali

<sup>2</sup> **B** Quatenus] hoc verbum

### DOMINICA OCTAVA<sup>1</sup>

186.

SBM

**D**EUS, in cuius Spiritu omnes in unum corpus estis baptizati, sive servi, sive liberi: omnia ab<sup>2</sup> hoc corpore auferat infidelitatis schismata, ut in ipsum pro se invicem sint membra sollicita.<sup>3</sup> **R.** Amen.

Si quid patitur unum membrum, omnia in vobis membra condoleant,<sup>4</sup> sive gloriatur unum membrum, omnia in vobis membra congaudeant. **R.** Amen.

Ut, qui, æmulando charismata meliora, corpus Christi estis effecti, excellentissimam viam caritatis ingredi mereamini. **R.** Amen. Quod ipse præstare. /58<sup>r</sup>/

<sup>1</sup> **M** *octava*] Suscepimus Deus

<sup>2</sup> **B** ad

<sup>3</sup> **B** invicem] sollicita sint membra

<sup>4</sup> **M** compatiantur

187. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS Deus det vobis cum astutia serpentium oculos columbinæ simplicitatis, ut, si ex Deo sint, iusta discretione spiritus probare valeatis. **R.** Amen.

Doceat vos ex fructibus suis arborem æstimare, ne in vestimentis ovium lupi rapaces valeant subintrare. **R.** Amen.

Quatenus opera et non faciem iudicantes · hypocritarum venena declinetis, ne, quasi tangentes picem, ex eorum vos conspersione coinquinatis. **R.** Amen. Quod ipse.

DOMINICA NONA<sup>1</sup>

188.

SBM

**P**RÆSTET vobis Deus, ut, accedentes ad lapidem vivum,<sup>2</sup> ab hominibus quidem reprobato, a Deo autem<sup>3</sup> electum,<sup>4</sup> ipsi, tamquam lapides<sup>5</sup> vivi, super illum ædificemini. *R. Amen.*

Non sit vobis lapis offensionis, aut<sup>6</sup> petra scandali, sed turris fortitudinis a facie inimici. *R. Amen.*

Ut, effecti sacerdotium sanctum · et domus spiritalis,<sup>7</sup> hostias viventes Deoque acceptabiles offeratis. *R. Amen.* Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> *M nona]* Ecce Deus adiuvat me

<sup>2</sup> *B vivuum (sic)*

<sup>3</sup> *S B quidem*

<sup>4</sup> *B electum]* ut

<sup>5</sup> *S om. quidem]* reprobato ... lapides

<sup>6</sup> *B et*

<sup>7</sup> *B specialis*

189. *Alia: /59'/*

SB

**O**MNIPOTENS Deus confringat iugum huius sæculi · de cervicibus vestris, ut non Deo et mammonæ, sed una fide et uno spiritu ipsi soli libere serviatis.<sup>1</sup> *R. Amen.*

Det vobis dominari, non servire divitiis, ut, pauperibus erogantes, quod vobis superest, amicos vobis de iniquo mammona faciatis. *R. Amen.*

Quatenus sic iugum peccati computrescat · a facie olei, ut, dispersis pro Deo corruptibilibus divitiis, foramen acus etiam cameli penetretis. *R. Amen.*

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> *B spiritu]* sibi soli serviatis

DOMINICA DECIMA<sup>1</sup>

190.

SBM

**A**UFERAT a vobis Deus spiritum, qui nunc operatur<sup>2</sup> in filiis diffidentiae, ne, conversantes in desideriis vestris, voluptatibus<sup>3</sup> carnis et cogitationum videamini consentire. *R. Amen.*

Muniat vos Spiritu Sancto<sup>4</sup> promissionis, in quo et credentes signati estis, qui est pignus hereditatis vestrae<sup>5</sup> · in redemptionem acquisitionis. *R. Amen.*

<sup>1</sup> *M decima]* benedictio

<sup>2</sup> *S est*

<sup>3</sup> *B voluntatibus*

<sup>4</sup> *B om.*

<sup>5</sup> *M pignus]* vestrae hereditatis

Ut,<sup>6</sup> coædificati in templum Dei vivi · in Spiritu sanctificationis, non sitis<sup>7</sup> spelunca dæmonum, /59'/ sed domus orationis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>6</sup> **B** Et

<sup>7</sup> **B** *om.*

191. Alia:

**SB**

**O**MNIPOTENS Deus det vobis per Spiritum suum visitationem suam cognoscere, et, in bonis operibus vigilantes, diem ultionis prævenire, ne, tamquam laqueus, vobis, in peccato dormientibus, valeat supervenire. **R.** Amen.

Aperiat vobis auditum cordis, ut vocem post tergum monentis, dum tempus est, audiat, et,<sup>1</sup> peccata vestra erubescens, non cum<sup>2</sup> persecutoribus Domini retro, sed cum conversis fidelibus in faciem vestram cadatis. **R.** Amen.

Quatenus eidem Domino et regi vestro, adhuc longe agenti,<sup>3</sup> sic legationem mittatis contriti cordis et veræ pænitiæ, ut tali satisfactione placatum eum inveniatis, quem iratum non potestis sustinere. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** audiat] sed et

<sup>2</sup> **S** *om.*

<sup>3</sup> **B** adhuc] longenti (*sic*)

## DOMINICA UNDECIMA<sup>1</sup>

192.

**SBM**

**C**ONCEDAT vobis Deus, ut æmulationem Dei semper<sup>2</sup> habeatis, per quam, sollicitate /60'/ incedentes, illi<sup>3</sup> soli per omnia placeatis. **R.** Amen.

Infundat vobis scientiam suæ iustitiæ, ne, illam ignorantes, vestram quæratis constituere.<sup>4</sup> **R.** Amen.

Ut,<sup>5</sup> qui gratia eius salvati<sup>6</sup> estis, non ex vobis, ab illo, non a vobis commendemini, in illo, non in vobis gloriemini. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **M** *undecima*] Deus in loco *benedictio*

<sup>2</sup> **B** *om.*

<sup>3</sup> **B** ipsi

<sup>4</sup> **M** statuere

<sup>5</sup> **B M** Et

<sup>6</sup> **M** salvi facti

193. Alia:

**SB**

**O**MNIPOTENS Deus, qui humilia respicit, et alta a longe cognoscit: spiritum vobis humilitatis tribuat, ne<sup>1</sup> superbientes oculo reprobationis a longe cognoscat. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **B** nunc

Faciat vos in se confidere, et non de vestris meritis gloriari, ut, parvi in oculis vestris,<sup>2</sup> ab illo mereamini exaltari. **R.** Amen.

Auferat a vobis oculos sublimes pharisæi gloriantis,<sup>3</sup> ne, dum vestris vos viribus<sup>4</sup> stare creditis, in ipsa elevatione<sup>5</sup> deiecti cadatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>2</sup> **B** ves (*sic*)

<sup>3</sup> **B** gloriantes

<sup>4</sup> **B** vestris] viribus vos

<sup>5</sup> **B** erectione

### DOMINICA DUODECIMA<sup>1</sup>

194.

SBM

**A** NNUAT vobis Deus, ut /60/ regnum immobile suscipiatis, habentes gratiam, per quam illi cum metu et reverentia serviatis. **R.** Amen.

Sint vobis mores sine avaritia contenti præsentibus, ut in illo ditemini, qui præstat omnia · se fideliter ac digne petentibus.<sup>2</sup> **R.** Amen.

Beneficientiæ et communionis<sup>3</sup> non obliviscamini, ut talibus hostiis Deum promereamini. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** duodecima] Deus in adiutorium **benedictio**

<sup>2</sup> **S** pænitentibus

<sup>3</sup> **B** communicationis

195. Alia:<sup>1</sup>

SB

**O** MNIPOTENS Deus digito suo aures cordis vestri aperiat, ut legem eius et mandata vitæ libenter audiatis, et, quæ audieritis, tenaci memoria retineatis. **R.** Amen.

Solvat etiam vinculum vestræ linguæ, ut ad ædificationem aliorum · sermonem, spiritali<sup>2</sup> sale conditum, possitis proferre. **R.** Amen.

Quatenus, verbum Dei fideliter audientes, sic recto<sup>3</sup> corde et lingua loquamini, ut, quod lingua loquitur, vita et moribus vestris non impugnetur. **R.** Amen.

Quod ipse. /61/

<sup>1</sup> **B** Amen

<sup>2</sup> **B** speciali

<sup>3</sup> **S** recte

DOMINICA DECIMA TERTIA<sup>1</sup>

196.

SBM

**C**HRISTUS Iesus, qui est finis legis ad iustitiam omni credenti: inspiret vobis suam et proximi dilectionem, ut hereditate possideatis solis Christi fidelibus debitam benedictionem. **R.** Amen.

Det vobis ab omnibus vitæ præsentis periculis exui, et virtutum spiritualium ornamentis indui. **R.** Amen.

Quo, illius adiutorio fulti, sic illi serviatis in terris, ut ei coniungi valeatis in cælis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** *tertia*] Respice Domine *benedictio*

197. *Alia:*

SB

**O**MNIPOTENS Deus<sup>1</sup> det vobis spiritum compassionis · et viscera misericordiæ, ut vulnera proximorum manu lenitatis<sup>2</sup> noveritis adtrectare. **R.** Amen.

Doceat vos non despiciere proximum, qui, a visione pacis<sup>3</sup> peregrinus, in latrones potuit incidere, ne frigidi a calore caritatis, in duritia cordis vestri vulneratum prætereatis. **R.** Amen.

Quatenus, diligendo proximum, sic de inferiori ad superiorem caritatis gradum conscen/**61**/datis, ut, cælestis Ierusalem municipes facti, beatis oculis in sua gloria in<sup>4</sup> Sion Deum deorum videatis. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** *om.*

<sup>2</sup> **B** *levitatis*

<sup>3</sup> **B** *pa (sic)*

<sup>4</sup> **S** *om. sua*] gloria in

DOMINICA DECIMA QUARTA<sup>1</sup>

198.

SBM+

**T**RIBUAT vobis Dominus<sup>2</sup> carnis desideria contere, ut, in spiritu ferventes, possitis per viam salutis incedere. **R.** Amen.

Emundet vos a lepræ interioris contagio, ut digni inveniamini sanctorum<sup>3</sup> consortio. **R.** Amen.

Ut, hic mundatori vestro gratias agentes, ad cælestem Ierusalem perveniatis ovantes. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** *quarta*] Protector noster *benedictio*

<sup>2</sup> **B** *om.*

<sup>3</sup> **B** *eorum*

199. Alia:

SB

**C**OMPUNGAT vos omnipotens Deus peccatorum vestrorum<sup>1</sup> vulnera voluntarie ipsi, vero sacerdoti et humiliter ostendere,<sup>2</sup> ut virus, quod intus male latuerat, per confessionem foras salubriter erumpat. **R.** Amen.

Sanet ipse in vobis, quicquid, suggerente diabolo, in animabus vestris carnis conspersio maculaverat, ut ipse conditor, quam dedit, imaginem suam in vobis recognoscat.<sup>3</sup> **R.** Amen. /62'/

Quatenus, eundem medicum et præceptorem per omnia audientes, quicquid in mandatis decalogi deliquistis, sic perfecte corrigatis, ut, in decimum militiæ cælestis ordinem conscripti, filiorum Dei characterem accipiatis. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B *om.* Deus] peccatorum vestrorum

<sup>2</sup> B *om.*

<sup>3</sup> B *orig. del. de* recognoscatur

### DOMINICA DECIMA QUINTA<sup>1</sup>

200.

SBM

**O**MNIPOTENS Deus cuncta a vobis adversa potenter excludat, et super vos suæ benedictionis dona dignanter infundat.<sup>2</sup> **R.** Amen.

Corda vestra efficiat sacris intenta doctrinis, quo possint impleri beneficiis sempiternis. **R.** Amen.

Quatenus, exsequenda intelligentes, et intellecta exsequentes, et inter adversa mundi inveniamini indemnes, et beatorum spirituum<sup>3</sup> efficiamini coheredes. **R.** Amen.

Quod ipse.

<sup>1</sup> M *quinta*] Inclina Domine *benedictio*

<sup>2</sup> M *effundat*

<sup>3</sup> B *spirituum*] in *sp* (*sic, orig. del.*)

201. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS Deus inspiret vobis<sup>1</sup> omnem sollicitudinem vestram · in ipsum, largitorem bonorum omnium, iactare, qui potens est omnia vobis ad sufficiens<sup>2</sup> donare. **R.** Amen. /62'/

Contentos vos faciat præsentibus, et liberet a<sup>3</sup> sollicitudine crastina, ut sufficiat diei malitia sua. **R.** Amen.

Quatenus sic hæc caduca in sumptum, non in præmium accipiatis in itinere,<sup>4</sup> ut, finita via, non computentur vobis in retributione. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> B *inspiret*] in vobis

<sup>2</sup> B *est*] omnibus vobis ad sufficientiam

<sup>3</sup> B *liberet*] vos a

<sup>4</sup> B munere

### DOMINICA DECIMA SEXTA<sup>1</sup>

202.

SBM

**O**MNES dies vestros Dominus in sua pace disponat, et<sup>2</sup> suæ vobis benedictionis dona concedat. R. Amen.

Ab omnibus vos<sup>3</sup> perturbationibus liberet, et mentes vestras in suæ pacis tranquillitate consolidet. R. Amen.

Quatenus, fidei, spei<sup>4</sup> et caritatis gemmis ornati, et præsentem vitam transeatis illæsi, et ad æternam<sup>5</sup> perveniatis securi. R. Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> M *sexta*] Miserere mihi *benedictio*

<sup>2</sup> B vestros] Deus in sua pace disponat ut

<sup>3</sup> B *om.*

<sup>4</sup> S M Quatenus] spei fidei

<sup>5</sup> B vitam

203. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS Deus, qui, ut vos sanctificaret per suum sanguinem, extra portam passus est: voluntarie vos portantes eius improperium, extra castra exire /63'/ faciat secum. R. Amen.

Efferat<sup>1</sup> vos, in peccato mortuos, confitendo de conscientia latibulis, ut vivificatorem vestrum, in porta vobis occurrentem, inveniatis. R. Amen.

Quatenus, vivificati ad gaudium matris Ecclesiae, per pœnitentiam resurgatis, qui, delectationibus consentientes, in mortem peccati per consensum vos lapsos non ignoratis. R. Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> B Auferat

### DOMINICA DECIMA SEPTIMA<sup>1</sup>

204.

SBM+

**O**MNIPOTENS Deus dexteræ suæ perpetuo vos circumdet auxilio, et benedictionum suarum repleat dono. R. Amen.

Ab omni vos pravitate defendat, et benedictione cælesti exuberare faciat. R. Amen.

Quo, corpore ac<sup>2</sup> mente mundati, talem illi exhibeatis servitutem, per quam eius consequi valeatis<sup>3</sup> promissionem. R. Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> M *septima*] Iustus es Domine *benedictio*

<sup>2</sup> M et

<sup>3</sup> B quam] valeatis eius consequi

205. Alia:

SB

**D**EUS, qui Filium suum, ab æterno impassibilem, pro vobis ex tempore virum dolorum fecit, et scientem infirmitatem, /63/ medicante eodem Filio, sanet in vobis inflationem superbiæ, ne ille rex vester sit, cuius oculus videt omne sublime. **R.** Amen.

Restinguat<sup>1</sup> in vobis immoderatam sitim avaritiæ, ne, adepto, quod supra indigentiam<sup>2</sup> prava concupiscentia quæsierat, etiam habendi<sup>3</sup> desiderium ad perniciem animæ deterius<sup>4</sup> inardescat. **R.** Amen.

Et<sup>5</sup> ipse fons vitæ spiritali medicamento sitim istam in cordibus vestris sic reprimat, ut, quibus dederit huiusmodi incendia sua virtute domare, det etiam æternæ Gehennæ supplicia declinare. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> B Restringat<sup>2</sup> S indulgentiam<sup>3</sup> B habendi<sup>4</sup> B ad] superniciem (*sic*) animæ de terrenis<sup>5</sup> B UtFERIA QUARTA<sup>1</sup>

206.

SBM

**D**EUS, qui credentibus omnia possibilia esse pollicitus est: faciat vos firmamentum fidei solide in omnibus et longanimiter tenere, sine qua ipsi est impossibile<sup>2</sup> complacere. **R.** Amen.

Adiiciat vobis ieiunii observantiam · et voluntariam macerationem carnis, ut, redacto cor/64/ pore in servitum spiritus, spiritalis<sup>3</sup> nequitias, quæ per gulam vicerant, per abstinentiam<sup>4</sup> revincatis. **R.** Amen.

Quatenus, et foris ab epulis, et intus a delectationibus noxiis<sup>5</sup> abstinentes, ad patriam illam salutaribus ieiuniis redeatis, de qua per concupiscentiam cibi vetiti · hucusque miserabiliter<sup>6</sup> exsulatis.<sup>7</sup> **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> B quarta] in quattuor temporibus M quarta] Exsultate Deo benedictio<sup>2</sup> M ipsi] impossibile est<sup>3</sup> B speciales<sup>4</sup> M abstinentium<sup>5</sup> M obnoxiiis<sup>6</sup> M mirabiliter<sup>7</sup> B exsultastis (*orig. del.*)



## FERIA SEXTA

207.

SB

**D**EUS, in cuius conspectu iustificari non potest omnis vivens: spontanee vos diligat · illo suæ dilectionis affectu gratuito, quo, pro nobis mortuus, cum inimici essemus, reconciliavit nos Deo.<sup>1</sup> **R.** Amen.

Et, qui misericordiam vult, et non legale sacrificium, debitores suos misericorditer<sup>2</sup> absolvat · ab omnibus accusantis conscientiae debitis, ut cum peccatrice femina dimissorem vestrum propensius diligatis. **R.** Amen.

Quatenus, cum illa de præteritis excessibus pœnitentes, et plenam remissionem consecuti, eius exemplo etiam vos violentiam faciatis regno Dei. **R.** Amen. /64v/

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** om.

<sup>2</sup> **B** legale] iudicium misericorditer

SABBATO<sup>1</sup>

208.

SBM

**C**HRISTUS Iesus, qui, apud Patrem pro nobis interpellans,<sup>2</sup> pro peccatis vestris<sup>3</sup> propitiatio factus est: vos, quos, de<sup>4</sup> oleastro excisos, in bonam olivam voluit inseri, et in vinea sua plantari, nec succidi vos patiat, nec eradicari. **R.** Amen.

Et<sup>5</sup> ipse vinitor circumfodiat, sarmenta luxuriæ<sup>6</sup> resecat, et ad radicem cordis mittat cophinum stercoris, ut de fœtore<sup>7</sup> ad pinguedinem spiritalium fructuum revirescat.<sup>8</sup> **R.** Amen.

Quatenus, ab eo plantati secus decursus aquarum, non defluente folio,<sup>9</sup> sic fructum detis in suo tempore, ut abiudicet vos ipse fructus vester ab igne. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** Sabbato] in quattuor temporibus

<sup>2</sup> **B** Patrem] interpellans pro nobis

<sup>3</sup> **S B** nostris

<sup>4</sup> **B** Deus

<sup>5</sup> **M** Ut

<sup>6</sup> **M** circumfodiat] luxuriæ sarmenta

<sup>7</sup> **B** stercore

<sup>8</sup> **S** reviscatis (*sic*) **M** reviviscatis

<sup>9</sup> **B** ab] ea plantatum secus decursus aquarum non deficiente folio

DOMINICA DECIMA OCTAVA<sup>1</sup>

209.

SBM+

**E**MUNDET Dominus conscientias vestras ab omni malitia, et repleat sanctificatione<sup>2</sup> perpetua. *R. Amen.*

Vota vestra clementer intendat,<sup>3</sup> et peccata omnia propitiatus indulgeat. /65<sup>r</sup>/<sup>4</sup>

-----  
*R. Amen.*

Quæ pie optatis, miseratus attribuat, et, quæ pavescitis, pius propugnator procul repellat. *R. Amen.* Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> *M octava*] Da pacem Domine

<sup>2</sup> *B sanctitate*

<sup>3</sup> *B attendat*

<sup>4</sup> *S lacuna duarum (?) quaternionum, vide B 59<sup>r</sup>–66<sup>v</sup>*

210. Alia:

B

**D**EUS, Mediator Dei et hominum, qui in maiestate Filius Dei, in infirmitate filius voluit esse David: ex uno moreretur caro mortalis, quam infirma sit, ex altero ad salvationem vestram ostendat miseratrix<sup>1</sup> divinitas, quod possit. *R. Amen.*

Æmulatores vos faciat suæ in vos caritatis, ut, proximos vestros, sicut vosmetipsos, diligentes, etiam animam pro fratribus, si sit necesse, ponatis. *R. Amen.* /B59<sup>v</sup>/

Quatenus ipse intercessor et iudex, cum inimicos suos scabellum pedum suorum posuerit, sic in iudicio reminiscatur, quod Filius Hominis est, ut in maiestate metuentis, participes suos non condemnet.<sup>2</sup> *R. Amen.* Quod.

<sup>1</sup> *C 737 miseratus*

<sup>2</sup> *B condemnet*

DOMINICA DECIMA NONA<sup>1</sup>

211.

B

**O**MNIPOTENS Deus, qui vos promissionis patrum tribuit esse participes: eorum vos faciat coheredes. *R. Amen.*

Ut, qui in Adam de paradiso lugetis eiecti, per Christum gaudeatis eodem reverti.<sup>2</sup> *R. Amen.*

Ut alios ipsius imitatione · vitæ reconciliatis æternæ. *R. Amen.* Quod.

<sup>1</sup> *M nona*] Salus populi *benedictio*

<sup>2</sup> *Malim lugetis*] eiecti ... reversi *vel* eiecti ... reverti, *sed cf.* C 1682 eiecti ... redeunti

212. Alia:

BM

**D**EUS, qui et elisos erigit, et compeditos solvit: contractos interioris hominis nervos solvat peccatorum<sup>1</sup> retinaculis, ut per vias eius rectas alacriter incedatis. *R.* Amen. Confortet vobis manus dissolutas, ut, opera misericordiæ seminantes, non deficiatis, et genua debilia roboret, ut, currentes<sup>2</sup> in via Dei, non lassescatis. *R.* Amen. Quatenus, ab eo a peccatis relaxati, sic pedibus<sup>3</sup> vestris gressus rectos faciatis, ut, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, arcam Domini Betsa/**B60**/mis,<sup>4</sup> hoc est, ad eum, qui in sole tabernaculum suum posuit, recto itinere deferatis. *R.* Amen. Quod.

<sup>1</sup> M solvat] a peccatorum<sup>2</sup> M ut] bene currentes<sup>3</sup> M C 923 sic] sub pedibus<sup>4</sup> M C *ibid.* BethsamesDOMINICA VIGESIMA<sup>1</sup>

213.

BM

**C**HRISTUS Iesus, qui per Spiritum Sanctum semetipsum voluit immaculatam hostiam Deo Patri immolari: emundet conscientiam vestram ad serviendum sibi, in infinita sæcula cum utroque regnanti. *R.* Amen. Præstet vobis, ut bonorum operum sollicitudine<sup>2</sup> non pigri, ad expletionem spei semper intenti videamini.<sup>3</sup> *R.* Amen. Quatenus, præcedentium patrum per fidem et patientiam facti imitatores, ineffabiles hereditare<sup>4</sup> mereamini promissiones. *R.* Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> M *vigesima*] Omnia quæ fecisti *benedictio*<sup>2</sup> B sollicitudinem<sup>3</sup> M intenti] esse videamini<sup>4</sup> B hereditate

214. Alia:

B

**D**EUS, qui vos prædestinavit et vocat, et, quos vocare dignatus est, iustificat: sua vos dignetur potentia iustificare, quos per baptismi gratiam ad nuptias Filii sui et Ecclesiæ dignatus est vocare. *R.* Amen. Induat vos vestibis innocentiae, quibus ad gaudia hæc nuptialia possitis ingredi, et competenter assidere, ne ipse, cordis ac renum compagum et medullarum discusor, in districtione ve/**B60**/niens, mittat in tenebras exteriores. *R.* Amen. Et, qui indifferenter pro omnium salute in mundum dignatus est venire, in eadem bona voluntate sua · vos, qui in admirabile lumen suum vocati estis, ab electorum numero non patiat perire. *R.* Amen. Quod.

DOMINICA VIGESIMA PRIMA<sup>1</sup>

215.

BM+

**S**ANCTIFICET vos Dominus Deus gratia sua,<sup>2</sup> et ab omni spirituali<sup>3</sup> emundet immunditia.<sup>4</sup> **R.** Amen.

Arceat a vobis omne, quod malum est, et spiritus vestros<sup>5</sup> corpora[que]<sup>6</sup> sanctificet et<sup>7</sup> purificet.<sup>8</sup> **R.** Amen.

Alliget vos<sup>9</sup> vinculo caritatis, et pax eius abundet in cordibus vestris. **R.** Amen.

Quod ipse.

<sup>1</sup> **M prima**] In voluntate **benedictio**

<sup>2</sup> **C** 1962 vos] Domini gratia

<sup>3</sup> **B** vos speciali

<sup>4</sup> **C** *ibid.* omni] malo custodiat

<sup>5</sup> *Malim* vestros] et

<sup>6</sup> **B** *om.*, *sed cf.* **M C** 1962

<sup>7</sup> **C** *ibid. om.* corporaque] sanctificet et

<sup>8</sup> **M** corporaque] purificet et sanctificet

<sup>9</sup> **C** *ibid.* vos] sibi

216. Alia:

B

**D**EUS, qui a fidelibus suis rogari vult, et, ut rogetur, iubet: doceat vos ea, quæ salutis sunt, fideliter petere, et, quia ipse benignus et in omnibus efficax est, in fide non hæsitare. **R.** Amen.

Ut bonus ipse medicus, qui diversa in vobis scit spiritualium morborum genera, diversa et singulis competentia provideat medicamenta, ne de præcipiti languore criminum in mortem corruatis animarum.<sup>1</sup> /**B61** / **R.** Amen.

Quatenus, medicante misericordia, de vitio animæ et periculo · ad exercenda<sup>2</sup> vitæ opera sic solide convalescatis, ut eundem Dominum vestrum, viventes cum viventibus, ex hoc nunc et usque in sæculum benedicatis. **R.** Amen. Quod.

<sup>1</sup> **C** 771 animæ

<sup>2</sup> **B** exercenda, *sed cf.* **C** *ibid.*

DOMINICA VIGESIMA SECUNDA<sup>1</sup>

217.

BM+

**O**MNIPOTENS Deus<sup>2</sup> peccatorum vestrorum maculas purget, et sua vos benedictione illustret.<sup>3</sup> **R.** Amen.

<sup>1</sup> **M secunda**] Si iniquitates

<sup>2</sup> **C** 1745 Dominus

<sup>3</sup> **C** *ibid.* sanctificet

Repleat vos spiritualium<sup>4</sup> donis<sup>5</sup> virtutum, et perseverare faciat in bonis propositum vestrum. **R.** Amen.

Sicque benignus<sup>6</sup> humilitatem vestram<sup>7</sup> acceptet, ut suæ vos pietatis remuneratione locupletet. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>4</sup> B spiritu

<sup>5</sup> C *ibid.* vos] Dominus spiritualium dono

<sup>6</sup> C *ibid.* om.

<sup>7</sup> M Sicque] humilitatem vestram benignus C *ibid.* Dominus] dignanter

218. Alia:

B

**D**EUS, qui iudicium sine misericordia proponit non facientibus misericordiam: doceat vos infinitam exactionem divini iudicii parvo supernæ remissionis commercio redimere, ut mensuram bonam et confertam · et supereffluentem possitis invenire. **R.** Amen.

Faciat vos non pigros ad misericordiam, ne, dum a debitore proximo centum denarios crudeliter exigitis, in carcerem mis/B61<sup>v</sup>/si,<sup>1</sup> decem milia talenta usque ad novissimum quadrantem reddatis. **R.** Amen.

Commoveat vos cottidianæ vinculum cum Deo conventionis, ut, sicut vos debitoribus vestris dimittitis, sic et ipse vobis dimittat. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> B mis/B61<sup>v</sup>/missi (*diplographia*)

### DOMINICA VIGESIMA TERTIA

219.

BM+

**O**MNIPOTENS Deus sua vos clementia benedicat, et sensum vobis sapientiæ salutaris infundat. **R.** Amen.

Catholicæ fidei vos documentis enutriat, et in sanctis operibus perseverare concedat.<sup>1</sup> **R.** Amen.

Gressus vestros ab errore convertat, et viam vobis pacis et caritatis ostendat. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> C 1696 reddat

220. Item alia:

B

**D**EUS in quo omnia, et per quem omnia, et sine quo nihil factum est: quod operatus est<sup>1</sup> in vobis, ipse compleat et firmet, ut reddatis Cæsari, quæ sunt Cæsaris, ita, ipso cooperante, quæ Dei sunt, ipso<sup>2</sup> Deo vestro competenter reddatis. **R.** Amen.

<sup>1</sup> C 71 om.

<sup>2</sup> *Malim* ipsi

Et, qui imaginem Cæsari datis in servitute[m], imaginem Dei immaculatam reddatis in adoptiva filiorum libertate. **R.** Amen.

Quatenus, erepti de potestate tenebrarum, /B62/ et translati in regnum eiusdem Unigeniti paternæ dilectionis Filii, et vos cum illo perpetua mereamini libertate perfrui. **R.** Amen. Quod ipse.

### DOMINICA VIGESIMA QUARTA<sup>1</sup>

221.

BM

**C**HRISTUS Iesus, qui est ligni vitæ paradisque reparator: mortem, quam gustatis in ligno, mortificet, et vitam, quam per lignum Crucis reparare venerat, in vobis sanctificet.<sup>2</sup> **R.** Amen.

Resuscitet vos a vitiorum sepulcris, quem, in Cruce triumphantem, venturum iudicem creditis. **R.** Amen.

Ipse vobis aperiat ianuam paradisi, cuius estis pretioso sanguine redempti. **R.** Amen.

Quod ipse præstare dignetur.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> M De sancta Cruce feria sexta

<sup>2</sup> M C 545 fructificet

<sup>3</sup> B habet hic spatium sex linearum vacuum, uni præcise membro benedictionis congruens, et om. hoc membrum, quod suppleo iuxta M cf. C 162

222. Alia:

B

**D**EUS, qui non vult evangelizari in sapientia · verbi, ut evacuetur Crux Christi: concedat, ut per stultitiam prædicationis salvi fiatis, qui credidistis. **R.** Amen.

Verbum Crucis, quod pereuntibus est stultitia, sit vobis virtus Dei in salutem. **R.** Amen.

Ut, qui delevit, quod adversum<sup>1</sup> vos erat · chirographum, affigens illud Cruci, traducat vos confidenter in finem, trium/B62/phantibus<sup>2</sup> principatibus, in semetipso per fidei stabilitatem. **R.** Amen. Quod.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> C 1022 adversus

<sup>2</sup> C *ibid.* triumphantibus

<sup>3</sup> M habet alias duas benedictiones, quæ in S et B desunt:

**Dominica vigesima quarta benedictio** Impleat vos Dominus agnitione voluntatis suæ, ut heredes esse mereamini vitæ sempiternæ. **R.** Amen. Et longanimitate patientiæ vestræ Deo nutriantur animæ recte. **R.** Amen. Quin etiam vitiis languidi [M languidæ *sed cf.* C 1426] vel sceleribus mortui visitatione sive tactu sanctitatis [M saucitatis *sed cf.* C *ibid.*] vestræ salvi inveniuntur [M inveniuntur *sed cf.* C *ibid.*] et vivi. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

**Benedictiones cottidianæ** Benedicat vobis Dominus, et custodiat vos semper [C 159 *om.*]. **R.** Amen. Illuminet faciem suam super vos, et misereatur vestri. **R.** Amen. Convertat vultum suum ad vos, et donet vobis pacem. Quod ipse præstare.

## IN SANCTI GEORGII

223.

B

**D**EUS, qui beato Georgio, militi suo, certamen forte dedit, ut vinceret: contra spirituales nequitas eius vos exemplis muniat et meritis, ut sub oculis regis æterni non adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes tenebrarum harum viriliter dimicetis. **R.** Amen.

Et, qui beatum Adalbertum pontificem illi in sanguine sociavit martyrii, misereatur vestri<sup>1</sup> amborum suffragiis, quorum triumphis est dies iste sollemnis. **R.** Amen.

Quatenus, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se, eorum mereamini interventu obtinere. **R.** Amen.

Quod ipse.

<sup>1</sup> B misereatur] vestri vestri (*diplographia*)

## IN LITANIA MAIORE

224.

B+

**O**MNIPOTENS Deus devotionem vestram dignanter intendat, et suæ vobis benedictionis dona concedat. **R.** Amen.

Indulgeat vobis omnia mala, quæ gessistis, et tri/B63<sup>r</sup>/buat veniam, quam ab eo deposcitis. **R.** Amen.

Sicque ieiunii vestri et precum vota suscipiat, ut a vobis adversa omnia, quæ peccatorum retributione mereamini, avertat, et donum in vos Spiritus Paracliti infundat. **R.** Amen. Quod ipse.

## IN INVENTIONE SANCTÆ CRUCIS

225.

BM

**O**MNIPOTENS Deus, qui in Cruce sua hamo cepit Leviatan, et divitem pro morte sua dedit: non sinat regnum eius ultra in vobis recalescere, quod ipse per vexillum eiusdem victoriosissimæ Crucis potenter voluit dissipare. **R.** Amen.

Et, qui vos ex aqua et spiritu regeneravit,<sup>1</sup> non in carnalem, sed spiritualem hominem faciat vos vitalis ligni tuitione vetusta servitute ulterius non deprimi, per quod amarissimum letalis ligni morsum dignatus est mederi. **R.** Amen.

Quatenus, secundum spiritum ambulantes, carnis desideria non perficiatis,<sup>2</sup> et, qui eiusdem sanctæ Crucis hodie inventionem colitis, Deo Patri per mortem Filii eius inventi, in æternum non pe/B63<sup>r</sup>/reatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> M C 1639 generavit

<sup>2</sup> B *om.* desideria] non perficiatis

## IN VIGILIA IOANNIS BAPTISTÆ

226.

B

**D**EUS, qui beatum Ioannem, præcursoresuum, præordinatum a sæculo, in utero matris sanctificavit · Spiritu suo: dignetur eundem, pro vestris excessibus intercedentem, misericorditer audire, quem, ad præparandas æquitatis vias, in spiritu et virtute Eliæ ante faciem suam voluit præire. **R.** Amen.

Planet in vobis, eius præveniente magisterio, opera totius pravitatis, ut rectas Deo in cordibus vestris semitas faciatis. **R.** Amen.

Quatenus omnes vos, qui in eius laudem et venerationem debita vos devotione præparatis, nativitatis eius interventu non temporale, sed æternum gaudium inveniatis. **R.** Amen. Quod.

IN DIE SANCTO<sup>1</sup>

227.

BM

**D**EUS, qui hodierna die beatum Ioannem, præconem suum, de ventre matris suæ vocavit in lucem gentium: det vobis correctas aures animæ, ut in deserto huius sæculi · vocem clamantis non negligatis audire. **R.** Amen.

Et is/B64/te præco suo interventu iudicem, denuo venientem in maiestate, placabilem vobis faciat, quem, humiliter præcurrens, in humilitate mundo venturum prænuntiabat. **R.** Amen.

Et, qui natus ligatam patris linguam solverat, ab omnibus vos peccatorum vinculis absolvat, ut mundo corde, ore, lingua · et labiis · in nativitate eius speciosa<sup>2</sup> laudis hostiam Domino offeratis. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> M die] sancti Ioannis Baptista

<sup>2</sup> M in] eius nativitate speciosæ

## IN VIGILIA APOSTOLORUM

228.

B

**D**EUS, qui in beato Petro apostolo ternæ negationis vulnera trina sui amoris confessione dignatus est sanare: eius medicantibus patrociniis, omnia interioris hominis vulnera sanet in vobis. **R.** Amen.

Et, qui imaginem Dei redintegravit in claudo, cui Cæsaris imaginem non dedit in minimo, redintegret<sup>1</sup> in vobis, quicquid ab imagine creatoris depravatum est, quo firmati<sup>2</sup> interioribus vestigiis, in via iustitiæ non claudicantes incedatis. **R.** Amen.

<sup>1</sup> C 976 redintegrat

<sup>2</sup> B firmato, sed cf. C 976



Et ipse, princeps pastorum, qui huic vicario suo oves, suo sanguine redemptas, /B64/ dignatus est commendare, eius vos et meritis munire dignetur, et super aquas refectio- nis, in loco pascuæ cælestis collocare. *R.* Amen. Quod.

### IN DIE SANCTO PETRI ET PAULI<sup>1</sup>

229.

BM+

**B**ENEDICAT vobis omnipotens Deus, qui vos beati Petri saluberrima confessione in ecclesiasticæ fidei fundavit soliditate. *R.* Amen.

Et, qui vos<sup>2</sup> beati Pauli sanctissima instruxit prædicatione, sua tueatur gratissima de- fensione. *R.* Amen.

Quatenus Petrus clave, Paulus sermone, uterque<sup>3</sup> intercessione · ad illam vos certent patriam introducere, ad quam illi, alter cruce, alter gladio hodierna die meruerunt pervenire. *R.* Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> M die] Petri et Pauli apostolorum benedictio

<sup>2</sup> M Et] vos quos C 193 Et] quos

<sup>3</sup> C *ibid.* utrique

230. Alia:

B

**D**EUS, qui est mirabilis in sanctis suis: beatorum apostolorum Petri et Pauli inter- cessione vos ab omni malo dignetur liberare, quos hodie ad gloriam nominis sui, alterum in cruce, alterum<sup>1</sup> in gladio voluit triumphare. *R.* Amen.

Et, qui ad ædificationem Ecclesiæ in Petro potentiam, in Paulo admirabilem sapienti- am voluit redundare, om/B65/nes vos et in Pauli magisterio salubriter erudiat, et in Petri speciali potentia · a peccatorum nexibus potenter absolvat. *R.* Amen.

Quatenus, dum alter reserat, alter potat, utrorumque collatis beneficiis, in regnum cæ- lorum, quo ipsi introierunt, et vos per ipsos introeatis. *R.* Amen. Quod.

<sup>1</sup> C 914 sui] alter ... alter

### IN NATALI SANCTI PAULI

231.

B

**D**EUS, qui beatum Paulum, aliquando blasphemum · et persecutorem, misericordi- am consecutum fecit fidelem: det vobis, ut, sicut ille iniustam paternarum traditi- onum æmulationem corrigere studuit, ita et vos excessus vestros corrigatis. *R.* Amen.

Ut, sicut ille pro Christo carceratus, flagellatus, naufragus, servata fide, cursum con- summavit martyrii, ita et vos, a bono agonista eruditi, non in incertum curratis, et, consummato cursu, repositam vobis iustitiæ coronam, ipso interveniente, accipia- tis. *R.* Amen.

Quatenus, nunc ad superna suspirantes, post resolutionem carnis mereamini paradisi-  
sum in/B65'/gredi, quo ille, adhuc in carne corruptibili positus, meruit sublevari. **R.**  
Amen. Quod.

Deus, qui sanctis apostolis suis in spiritu revelavit, gentes esse vocandas ad suum ovile  
per eorum intercessionem, faciat vos crescere in templum sanctum in Domino,  
idem<sup>1</sup> Christo lapide angulari. **R.** Amen.<sup>2</sup> Quod.

<sup>1</sup> *Malim ipso*

<sup>2</sup> *Membrum superfluum, quod C 845 om.*

### IN SANCTÆ<sup>1</sup> MARIÆ MAGDALENÆ

232.

BM

**D**EUS, qui beatæ Mariæ Magdalenæ multum dimisit, ut multum diligeret: faciat  
vos capaces eiusdem superabundantis misericordiæ · et<sup>2</sup> in sua dilectione inex-  
tinguibiliter flagrare. **R.** Amen.

Et, qui illi<sup>3</sup> constantiam tribuit, etiam discipulis recedentibus, ab inquisitione sua non  
recedere, ipsius vos exemplo doceat iam non mortuum, sed viventem feliciter quæ-  
rere, et quæsitum veraciter invenire. **R.** Amen.

Quatenus ipsum, quem illa prima omnium videre meruit, a mortuis resurgentem, vos  
in gloria sua videre mereamini regnantem. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **M** In] natali sanctæ

<sup>2</sup> **B** om., sed cf. M et C 973

<sup>3</sup> **B** om., sed cf. M et C 973

### IN SANCTI IACOBI

233.

B

**I**ACOBUS, Dei et Domini nostri, Iesu Christi servus, dignetur pro nobis intercedere,  
ut in mansuetudine /B66'/ suscipiatis insitum verbum, quod potest animas salvare.  
**R.** Amen.

Quatenus a Deo, Patre luminum, datum optimum · et donum perfectum apprehen-  
datis, et, simul ex operibus et ex fide iustificati, bonam conversationem vestram in  
mansuetudine sapientiæ ostendatis. **R.** Amen.

Et, qui omnibus dat affluenter, et non impropert, faciat vos in probatione fidei ve-  
stræ patientes, ut in opere perfecto sitis integri, in nullo deficientes. **R.** Amen. Quod.

IN AD VINCULA PETRI<sup>1</sup>

234.

BM

**D**EUS, qui beatum Petrum apostolum,<sup>2</sup> ligandi et solvendi speciali potestate præditum, a vinculis corporalibus absolvit: eius vos precibus a peccatorum catenis faciat liberos, cuius vos documentis ab infidelitate gaudetis absolutos. **R.** Amen.

Fiat temporalis eius catena perpetua vestra libertas, ut portæ inferi · adversum vos non prævaleant, quos Petri fides, potestas et merita absolvant. **R.** Amen.

Quatenus inter membra Ecclesiæ, quæ illi specialiter credita est, sic digne mereamini /B66v/ computari, ut regni cælestis introitus · per hunc vobis ianitorem debeat reserari. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> M Vincula] sancti Petri apostoli<sup>2</sup> M C 821 beatum] apostolum Petrum

## IN INVENTIONE SANCTI STEPHANI

235.

B

**D**EUS, qui Ecclesiæ suæ hodierna die donavit pretiosa[s]<sup>1</sup> sanctorum Stephani, Gamalielis, Nicodemi, Abibon reliquias invenire: eorum vos intercessionibus muniat, de quorum capite nec capillum voluit perire. **R.** Amen.

Ut, qui post tribulationes et ærumnas cum Deo iam exsultavit in gloria, ad eandem gloriam vos perducat in bona volun[tate] sua. **R.** Amen.

Quatenus ille post Deum princeps martyrum · cum suis complicitibus peccatis vestris indulgentiam obtineat, qui inter ictus lapidum pro Paulo persecutore efficaciter<sup>2</sup> exorabat. **R.** Amen. Quod.

<sup>1</sup> B pretiosa, sed cf. C 900<sup>2</sup> C *ibid.* efficaciter (*sic*)

## IN VIGILIA SANCTI LAURENTII

236.

SB

**D**EUS, in quo vita vestra abscondita est, inspiret vobis,<sup>1</sup> [ut]<sup>2</sup> passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ in vobis revelanda  
-----  
est, condignas non existimetis. **R.** Amen.

Doceat vos beati Laurentii, martyris sui · exemplo improprium<sup>3</sup> pro nomine Iesu portare, quem neque mors, neque vita, neque instantia,<sup>4</sup> neque futura · a caritate divina poterant separare. **R.** Amen.

<sup>1</sup> Malim vobis] ut<sup>2</sup> B *om.*, sed cf. C 719<sup>3</sup> B in perpetuum

Quatenus, in hoc sæculo bona opera seminantes cum lacrimis, vitam postea æternam in exultatione metatis. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>4</sup> *S om.* vita] neque instantia

### IN DIE SANCTO

237.

SB

**D**EUS, qui ignem suum misit in terras, ut ardeat: in eodem vos suæ dilectionis igne<sup>1</sup> vehementer accendat. **R.** Amen.

Iam dominari peccatum non permittat in mortali vestro corpore, in cuius virtute beato Laurentio · non carcer, non vincula, non equuleus, non incendia, non mors ipsa · poterant prævalere. **R.** Amen.

Quatenus eius exemplo sic animas vestras in hoc mundo perfecto odio habeatis, ut et /65v/ Deus in vobis, et vos in Deo in vitam æternam eas<sup>2</sup> custodiatis. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** ignem

<sup>2</sup> **B om.**

### IN ASSUMPTIONE SANCTÆ MARIÆ<sup>1</sup>

238.

SBM

**D**EUS, qui de intemerato utero beatæ Virginis · pro salute omnium, tamquam sponsus de thalamo, processit in mundum: det vobis, ut, qui eius hodie<sup>2</sup> assumptionem devote colitis,<sup>3</sup> sanctissima eius intercessione · divinæ super vos<sup>4</sup> misericordiæ viscera sentiatis. **R.** Amen.

Dignos vos faciat divinæ benedictionis gratia, quæ originalem mulieris maledictionem<sup>5</sup> evacuavit, inter mulieres singulariter<sup>6</sup> benedicta. **R.** Amen.

Quatenus, ipsa pro vobis interpellante, ingredi mereamini in illam requiem, quo illa hodie, exsultantibus angelis, gloriose meruit introire. **R.** Amen.

Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> **M** Mariæ] Virginis

<sup>2</sup> **B om.**

<sup>3</sup> **M** recolitis

<sup>4</sup> **B** nos

<sup>5</sup> **B** originalem] maledictionem mulieris

<sup>6</sup> **M om.**

IN DECOLLATIONE SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ<sup>1</sup>

239.

SB

**D**EUS, qui beatum Ioannem, præcursorem suum, pro zelo iustitiæ · agonem martyrii /667/ truncatione capitis voluit consummare: effundat super vos misericordiam suam, tam pretiosi martyris suffragantibus meritis, quo<sup>2</sup> inter natos mulierum maior non surrexit.<sup>3</sup> *R. Amen.*

Sit ipse ad aures Dei vox vestra, cuius et erat vita incomparabilis,<sup>4</sup> et mors in conspectu Domini pretiosa. *R. Amen.*

Quatenus eius precibus et exemplis · securim illam iudicii, pertingentem usque ad divisionem spiritus et animæ, salubriter<sup>5</sup> possitis declinare. *R. Amen. Quod ipse.*

<sup>1</sup> **B** In Decollatione Ioannis

<sup>2</sup> **S** quos

<sup>3</sup> **S** surrexerit

<sup>4</sup> **B** incomprehensibilis

<sup>5</sup> **B** om.

IN NATIVITATE SANCTÆ MARIÆ<sup>1</sup>

240.

SBM+

**D**EUS, qui per beatæ Virginis Mariæ partum<sup>2</sup> genus humanum dignatus est redimere: sua vos dignetur benedictione locupletare. *R. Amen.*

Eius quoque semper et ubique patrocina sentiatis, ex cuius intemerato utero auctorem vitæ suscipere meruistis. *R. Amen.*

Ut,<sup>3</sup> qui, ad eius celebrandam nativitatem, /667/ hodierna die convenistis, mentibus devotis · spiritualium gaudiorum et æternorum præmiorum vobiscum munera reportetis. *R. Amen. Quod ipse.*

<sup>1</sup> **B** In Nativitate Mariæ

<sup>2</sup> **B** qui] beatæ Virginis Mariæ partu

<sup>3</sup> **B** M Et

241. Alia:

SB

**B**ENEDICAT vos Deus, interveniente sancta Genitrice sua, ex qua ipse, ut vos benedictionis filios faceret, secundum carnem natus est, qui est benedictus in sæcula. *R. Amen.*

Et, qui virgam hanc hodie suscitavit · de radice Iesse, de qua ipse, flos noster, ascenderet,<sup>1</sup> det vobis super omnia virgam hanc competenter honorare, ut fructum eius suavissimum mereamini ad salutem gustare. *R. Amen.*

<sup>1</sup> **B** ascendit

Quatenus omnes vos, qui in Nativitate eiusdem Genitricis suæ debitæ laudis obsequium impenditis, ipsa pro vobis orante, septiformis Spiritus gratiam mereamini accipere, quem super hunc florem creditis essentialiter requievisse. **R.** Amen. Quod ipse.

### IN EXALTATIONE SANCTÆ CRUCIS

242.

SBM

**D**EUS, qui pro vobis maledictum factus est, ut vos a maledicto /67'/ absolveret: per sanctam Crucem suam · a veteri vos maledicto eripiat, et inter filios æternæ benedictionis ascribat. **R.** Amen.

Et, qui, exaltatus a terra, omnia traxit ad se, corda vestra exaltet a terrenis desideriis, ut ad eum, qui sursum est, corde et animo suspiretis. **R.** Amen.

Quatenus, qui eiusdem sanctæ Crucis exaltationem colitis, in eadem Cruce gloriemini, et in illo, qui vita vestra est, semper vivatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> *M add. sequentem benedictionem, quæ in S et B deest:*

**In Nativitate sancti Mauriti et sociorum eius** Deus, in cuius manu omnium sunt animæ iustorum: benedicat vobis intercessione beati Mauriti et omnium ipsius sociorum. **R.** Amen. Quique eos per hoc, quod nobis est, iter exterminii perduxit ad palmam martyrii, concedat vobis iter asperum vitæ præsentis sic bene vivendo transire, ut ad vitam pacis æternæ mereamini pervenire. **R.** Amen. Ut, quorum sollemnitatem sollemniter celebratis, ad eorum consortium, ipsis intercedentibus, misericorditer perveniatis. **R.** Amen. Quod ipse. (*cf.* C 714)

### IN HONORE SANCTI MICHAELIS<sup>1</sup>

243.

SBM+

**S**ANCTI Michaelis archangeli sui intercessione vos Dominus benedicat, et ab omni malo defendat. **R.** Amen.

Eius<sup>2</sup> vos efficiat suffragio cælestis regni participes, cuius sollemnitatis diem celebratis gaudentes. **R.** Amen.

Quo, eius fulti munimine et interventione, ad promissæ hereditatis gaudia possitis pervenire. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** Michaelis archangeli **M** In festo sancti Michaelis archangeli

<sup>2</sup> **B** Huius **M** Eiusque

244. Item alia: /67'/

SB

**O**MNIPOTENS Deus contra spirituales nequitas præsidiis vos tueatur angelicis, qui eosdem beatos spiritus in ministerium misit propter eos, qui hereditatem capiunt<sup>1</sup> salutis. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **S** cupiunt

Et<sup>2</sup> ille, cælestis militiæ princeps, Michael legationem vestram hodie ad aures Domini Sabaoth perferat, ut super altare aureum in conspectu Domini bene redolens orationum vestrarum fumus ascendat. **R.** Amen.

Quatenus ipse in virtute divina<sup>3</sup> draconem diabolum cum angelis suis apostaticis devincat, qui contra fideles cottidie præliatur, ut locus eius in vobis amplius non inveniatur. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>2</sup> **B** Ut

<sup>3</sup> **B** Quatenus] in virtute divina ipse

### IN VIGILIA<sup>1</sup> OMNIUM SANCTORUM

245.

SB

**O**MNIPOTENS Deus benedicat vos, omnium sanctorum suorum intercedentibus meritis, quorum communem hodie sollemnitatem devote prævenitis. **R.** Amen.

Adiuvent vos ipsi eam, quam consecuti sunt, /68<sup>v</sup>/ misericordiam consequi, ne vos, coheredes suos, neglegant, qui adhuc formidatis naufragium, quia ipsi feliciter iam<sup>2</sup> pervenerunt ad portum. **R.** Amen.

Quatenus, dum et<sup>3</sup> vos suis precibus in sortem æternæ beatitudinis aggregant, celerius impleto electorum numero, succedat resurrectio corporum, quam exspectant. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** die

<sup>2</sup> **B** ipsi] iam feliciter

<sup>3</sup> **B** om.

### IN FESTO OMNIUM SANCTORUM<sup>1</sup>

246.

SBM

**O**MNIPOTENS et misericors Deus, qui solus cuncta potentiæ suæ ambitu · atque miræ dispensationis ordine complectitur:<sup>2</sup> cursum vitæ vestræ propitius moderetur. **R.** Amen.

Ut ad beatorum spirituum stabilitatem · per mandatorum ipsius observationem pertingat et voluntatem. **R.** Amen.

Quique sanctos suos martyrio fecit idoneos · regno cælorum, vos paupertate spiritus dignetur efficere consortes eorum. **R.** Amen. Quod ipse. /68<sup>v</sup>/

<sup>1</sup> **B** Alia **M** In] die Omnium Sanctorum benedictio

<sup>2</sup> **B** completitur (*sic*)

247. *Item alia:*

SB

**D**EUS,<sup>1</sup> qui vobis in hanc diem omnium sanctorum suorum celebritatem contulit: expergeficiat vos a somno torporis et negligentiae, ut, quicquid<sup>2</sup> per annum in singulis singulorum nataliciis quoquo modo<sup>3</sup> neglexistis, in communi eorum veneratione recuperetis. *R. Amen.*

Et, qui, cordis et renum cognitor, innumera in vobis pro humana infirmitate videt peccatorum vulnera, multiplicatis horum intercessionibus, multa vobis<sup>4</sup> indulgentiarum provideat medicamenta. *R. Amen.*

Quatenus, tot intercessorum beneficiis · a peccatorum sordibus abluti, et a servitute corruptionis iam<sup>5</sup> liberi, mereamini cum his in numero signatorum inveniri. *R. Amen. Quod ipse.*

<sup>1</sup> *S Omnes litteræ i sunt accentibus instructæ.*

<sup>2</sup> *B somno] corporis et negligentiae et quiqui*

<sup>3</sup> *B om. natalitiis] quoquo modo*

<sup>4</sup> *B multa] in vobis*

<sup>5</sup> *B om.*

### IN NATALI SANCTI MARTINI<sup>1</sup>

248.

SB

**D**EUS, qui beato Martino pro incomparabilis vitæ meritis · et regale sacerdotium contulit, et virtu/~~69~~/tibus eum atque miraculis magnificavit: eius vos et sanctissima intercessione sibi conciliet, et tam moribus, quam verborum institutis ad vitam informet. *R. Amen.*

Doceat vos in suo præsule opera misericordiae etiam supra facultatem<sup>2</sup> amare, ut, quem ille, adhuc catechumenus, vestitum vidit parte suæ chlamydis, vos in novissimo coram hominibus et angelis iam non iudicem, sed retributorem videatis. *R. Amen.*

Quatenus, duplicatam reportantes Domini vestri<sup>3</sup> pecuniam, talem de commisso rationem reddatis, ut inenarrabile gaudium Domini vestri<sup>4</sup> cum fidelibus eius servis introeatis. *R. Amen. Quod ipse.*

<sup>1</sup> *B Martini episcopi*

<sup>2</sup> *B fragilitatem*

<sup>3</sup> *B nostri*

<sup>4</sup> *B nostri*



IN NATALI SANCTÆ CÆCILIÆ<sup>1</sup>

249.

SB

**B**ENEDIC hanc, quæsumus, Domine, beatæ Cæciliæ virginis interventu familiam, qui illam acquisisti fide, honorasti pudore, glorificasti certamine. *R. Amen.*  
 Repleatur illo Spiritus tui igne, qui<sup>2</sup> illi affuit, /69v/ cum illam ignis torreret,<sup>3</sup> cum ungula raderet, cum equuleus fatigaret, cum gladius iugularet. *R. Amen.*  
 Ut, dum se abnegat, in te exultat,<sup>4</sup> tua protegatur dextera, cuius illa est elevatione erecta. *R. Amen.* Quod ipse.

<sup>1</sup> *B Cæciliæ virginis*<sup>2</sup> *B Repleatur] Spiritus tui qui*<sup>3</sup> *B cum] eam ignis torreret*<sup>4</sup> *B Et dum se abnegat in te exaltat*IN NATALI SANCTI ANDREÆ<sup>1</sup>

250.

SB+

**D**EUS, qui beatum Andream apostolum crucis triumpho levasti ad cælum: contra callidi serpentis venenum · infunde cordibus nostris illius salutis, pro qua<sup>2</sup> passus est, poculum. *R. Amen.*  
 Quique, relictis retibus et navi, te secutus est Dominum, obtineat apud te, quæsumus, ut, a vano huius mundi libitu absoluti, te sequamur medicum securi. *R. Amen.*  
 Secundo ut cum fulseris, blandus iustis, terrificus impiis, ipsius<sup>3</sup> precibus tibi collocemur in dextris. *R. Amen.* Quod ipse.

<sup>1</sup> *B Andreæ apostoli*<sup>2</sup> *B quo*<sup>3</sup> *B om.*IN NATALE SANCTI NICOLAI<sup>1</sup>

251.

SB

**R**EGE, Domine, corda plebis tuæ per arma iustitiæ, absterge ab illa lasciviam carnis iniquæ,<sup>2</sup> ut, quæ optat,<sup>3</sup> beato Nicolao, confessore tuo intercedente, obtineat,<sup>4</sup> qui, te in/70r/spirante, tres eripuit virgines · auri splendore · ab obsceno stupri fœtore. *R. Amen.*

<sup>1</sup> *B Sancti Nicolai confessoris*<sup>2</sup> *B om.*<sup>3</sup> *S om. iniquæ] ut quæ optat*<sup>4</sup> *B orig. corr. de obtineant S om.*

Obtineat, quæsumus, Domine, in tremendo tuo examine sententiam potius remissoris, quam iudicis, qui tres iuvenes pro tuo nomine defendit · a crudeli censura comitis, iniuste illos damnantis. **R.** Amen.

Ipsius precibus, Domine,<sup>5</sup> inter varia huius mundi discrimina protegat nos tuæ<sup>6</sup> fortitudinis dextera, quæ, suis protensa meritis, ne sævientis mergerentur · fluctibus maris, te invocantibus affuit nautis. **R.** Amen. Quod ipse.<sup>7</sup>

<sup>5</sup> **B** Ipsius] quæsumus Domine precibus

<sup>6</sup> **B** protegat] vos suæ

<sup>7</sup> **B add.** In confirmatione Christianorum: Spiritus Sanctus superveniat in vos (*vide infra*, II. 7.)

### IN VIGILIA UNIUS APOSTOLI

252.

SB

**D**OMINUS,<sup>1</sup> qui veniet in sanctis milibus suis, facere iudicium, et arguere omnes impios: per intercessionem beati apostoli sui, **N.**, conservet vos sine peccato, et constituat ante conspectum gloriæ suæ immaculatos. **R.** Amen.

Conscribat vos per eius merita · cives et do/70\*/mesticos civitatis supernæ, qui aliquando promissionis Dei hospites fuistis et advenæ. **R.** Amen.

Ut, supra fundamentum apostolorum et prophetarum fundati, crescatis in templum sanctum<sup>2</sup> sancti Dei, ipso Iesu Christo lapide angulari. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **S** In D littera initiali: Unius sancti apostoli benedictio

<sup>2</sup> **S** om.

### IN NATALI UNIUS APOSTOLI<sup>1</sup>

253.

SBM

**D**EUS, qui vos scuto fidei, quam beatus **N.** apostolus<sup>2</sup> professus est, voluit communiri: concedat vobis in eo extinguere tela ignea nequissimi. **R.** Amen.

Ut, dum descenderit<sup>3</sup> pluvia, venerint flumina, flaverint venti, fundati supra petram, maneatis inconcussi.<sup>4</sup> **R.** Amen.

Quatenus, in mandatis eius capientes profectum, crescatis in gentem sanctam, genus electum, regale sacerdotium. **R.** Amen. Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> **B** Alia **M** apostoli] benedictio

<sup>2</sup> **M** beatus] apostolus **N.**

<sup>3</sup> **M** descenderet

<sup>4</sup> **M** illæsi

IN NATALI UNIUS EVANGELISTÆ<sup>1</sup>

254.

SBM

**D**EUS, qui in quattuor paradisi fluminibus<sup>2</sup> quattuor evangelistarum /71'/ mysteria ab initio præsignavit,<sup>3</sup> Sancti Spiritus vos<sup>4</sup> illustratione fecundet, et vivi fontis emanatione lætificet.<sup>5</sup> **R.** Amen.

Quique evangelicæ fluento doctrinæ corda fidelium infudit et satiavit, hodierna interveniente sollemnitate, peccatorum vestrorum rubiginem tollat, et eiusdem fluminis adventatione<sup>6</sup> communicet. **R.** Amen.

Quo et superni muneris dono mens irradiata resplendeat, et, beati **N.** evangelistæ intervenientibus meritis,<sup>7</sup> gaudeat, et paradisi præmiis hilarescat. **R.** Amen.

Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** Unius evangelistæ **M** evangelistæ] benedictio

<sup>2</sup> **M** quattuor] fluminibus paradisi

<sup>3</sup> **M** mysteria] præsignavit ab initio

<sup>4</sup> **B** om.

<sup>5</sup> **B** om. fecundet] et ... Amen

<sup>6</sup> **B** adventione

<sup>7</sup> **S orig. add.** **B M** evangelistæ] interventionibus

255. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS Deus, fons ille paradisi, per quem in quattuor fluminibus · totus terræ ambitus est irrigatus: unitatem catholicæ fidei in totam Ecclesiæ latitudinem dignetur diffundere, quam in quattuor mundi terminos · totidem veritatis testibus voluit derivare.<sup>1</sup> **R.** Amen.

Et, qui evangelistarum suorum mysterium, ostensis /71'/ cæli animalibus, præfiguravit, faciat vos eorum exemplo pedibus solidis et rectis ante faciem vestram incedere, non post agnitionem veritatis retrorsum redire.<sup>2</sup> **R.** Amen.

Quatenus, ex eorum litteris liquorem vitæ haurientes, omnem vitæ vestræ ordinem sic ad ea, quæ sursum sunt, componatis, ut ad eorum<sup>3</sup> similitudinem · in omni actione vestra circumspectionis oculos habeatis. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** mundi] terminis totidem veritatis testibus voluit deservire

<sup>2</sup> **B** incedere] et post agnitionem veritatis retrorsum ire

<sup>3</sup> **B** sunt] componentes ut eorum

IN VIGILIA PLURIMORUM APOSTOLORUM<sup>1</sup>

256.

SB

**I**NSPIRET vobis omnipotens Deus per apostolicas intercessionem, ut patienter sufferratis huius temporis momentaneas passiones, per hoc consolantes invicem · in hac

<sup>1</sup> **B** Plurimorum apostolorum

valle plorationis, quia non sunt condignæ ad futuram gloriam, quæ revelabitur in vobis. **R. Amen.**

Quatenus per eosdem, quos Mater Ecclesia in multa tristitia peperit, quique vos in Christo genuerunt, in regno congaudeatis, in quo, convivantes cum sponso, ulterius non lugeatis. **R. Amen.**

Sic etiam, cantantes canticis spiritalibus, /72'/ et psallentes in cordibus vestris, eorum annua festa præcedatis, ut eam, quæ carnalis est, exuti maculatam tunicam, quandoque ad ea, quæ perenniter sunt, continua perveniatis. **R. Amen. Quod ipse.**

### IN NATALI PLURIMORUM APOSTOLORUM<sup>1</sup>

257.

SBMZ+

**D**EUS, qui vos in apostolicis tribuit consistere fundamentis, benedicere vos<sup>2</sup> dignetur · beatorum apostolorum suorum, **N.**,<sup>3</sup> intercedentibus meritis. **R. Amen.** Defendat<sup>4</sup> vos a cunctis adversis apostolicis præsiidiis, qui vos eorum<sup>5</sup> voluit ornari · et munerari<sup>6</sup> exemplis et documentis. **R. Amen.**

Quo per eorum intercessionem perveniatis ad æternæ patriæ hereditatem, per quorum doctrinam tenetis fidei<sup>7</sup> integritatem. **R. Amen. Quod ipse præstare.**

<sup>1</sup> **B** In die sancto **Z** natali] unius apostoli

<sup>2</sup> **Z** vobis

<sup>3</sup> **M** beatorum] **N.** apostolorum suorum **Z** dignetur] beati apostoli sui **N.**

<sup>4</sup> **Z** Defendatque

<sup>5</sup> **B** vos] et eorum **M** qui] nos eorum

<sup>6</sup> **M Z** muniri

<sup>7</sup> **M Z** doctrinam] fidei tenetis

258. Item alia:

SB

**D**EUS, qui per apostolicæ prædicationis documenta et<sup>1</sup> ministerium fidem suam disseminavit in orbem terrarum: beatorum apostolorum, **N.**, et magisterio vitam vestram corrigat, et pio /72'/ tueatur patrocínio, quorum natalem debitæ devotionis celebratis officio. **R. Amen.**

Faciat eos<sup>2</sup> pro peccatis vestris apud se proficue intervenire, quorum verba in fines terræ voluit exire. **R. Amen.**

Quatenus, qui fuistis aliquando hospites et peregrini,<sup>3</sup> iam superædificati supra fundamentum apostolorum · et prophetarum, concives<sup>4</sup> sanctorum esse mereamini et domestici Dei. **R. Amen. Quod ipse.**

<sup>1</sup> **S om.** prædicationis] documenta et

<sup>2</sup> **B** vos

<sup>3</sup> **B** advenæ

<sup>4</sup> **B** ac cives

IN NATALI UNIUS MARTYRIS<sup>1</sup>

259.

SBMZ+

**B**EATI martyr, **N.**,<sup>2</sup> intercessione vos Dominus<sup>3</sup> benedicat, et ab omni malo defendat. **R.** Amen.

Extendat in vos dexteram suæ propitiationis, qui eum suscepit per supplicia passionis. **R.** Amen.

Quo eius in cælo mereamini habere consortium, cuius devotis mentibus in terra celebratis triumphum. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>1</sup> **B** *Unius martyr*

<sup>2</sup> **M** martyr] sui **N.** **Z** martyr] tui **N.**

<sup>3</sup> **B** intercessione] Dominus vos

260. *Alia:*

SB

**D**OCEAT<sup>1</sup> vos omnipotens Deus æmulatione sui martyr, **N.**, /73'/ in hoc stadio legitime certare, ut,<sup>2</sup> non quasi aerem verberantes,<sup>3</sup> repositam iustitiæ coronam mereamini reportare. **R.** Amen.

Eius vos interventu reinduat tunica innocentiae, qui, spectaculum angelis factus et hominibus, stolam suam in sanguine Agni meruit dealbare. **R.** Amen.

Quatenus eius meritis et exemplis sic vita vestra et omnis actio corrigatur, ut, sicut mors eius in conspectu Domini pretiosa est, ita et anima vestra in morte iustorum moriatur. **R.** Amen. Quod ipse.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> **S** *In D littera initiali:* Benedictio unius martyr

<sup>2</sup> **B** et

<sup>3</sup> **S** verberans

<sup>4</sup> **S** *Postea insertum:* *Plurimorum martyrum*

IN NATALI PLURIMORUM MARTYRUM<sup>1</sup>

261.

SBMZ+

**B**ENEDICAT vos<sup>2</sup> Dominus beatorum martyrum suorum, **N.**, suffragiis, et liberet a diabolicæ fraudis perturbationibus universis.<sup>3</sup> **R.** Amen.

Commendet vos eorum intercessio gloriosa, quorum in conspectu eius mors est<sup>4</sup> pretiosa. **R.** Amen.

Ut,<sup>5</sup> sicut illi per diversa genera tormentorum · cælestis regni sortiti sunt<sup>6</sup> hereditatem, ita vos /73'/ eorum mereamini consortium · per bonorum operum exhibitionem. **R.** Amen. Quod ipse præstare dignetur.

<sup>1</sup> **M** *Plurimorum martyrum*

<sup>2</sup> **Z** vobis

<sup>3</sup> **Z** liberet] adversitatibus cunctis

<sup>4</sup> **B** eius] est mors **Z** *om.*

<sup>5</sup> S M Z Et<sup>6</sup> Z regni] sunt sortiti

262. Alia:

SB

**D**EUS, in cuius laudem et gloriam beati martyres, **N.**, spectaculum facti sunt et angelis et hominibus: concedat vos, illorum fidei constantiam imitando, et patientiæ eorum documenta sequi in omnibus. **R. Amen.**

Longanimiter ad exemplum illorum<sup>1</sup> sustineatis passiones huius temporis, ut futura gloria reveletur in vobis. **R. Amen.**

Ut, cum creatura, quæ vanitati subiecta est, liberabitur a servitute corruptionis, et vos per interventum illorum in libertatem gloriæ filiorum Dei resurgatis. **R. Amen.**

Quod ipse.

<sup>1</sup> B eorum

### IN NATALI UNIUS CONFESSORIS<sup>1</sup>

263.

SBMZ+

**O**MNIPOTENS Deus<sup>2</sup> det vobis copiam suæ<sup>3</sup> benedictionis, qui beatum **N.** sibi ascivit virtute confessionis. **R. Amen.**

Et, qui illum fecit coruscare miraculis, ex/74<sup>r</sup>/ornet vos<sup>4</sup> bonorum operum incrementis. **R. Amen.**

Quo, eius exemplo<sup>5</sup> eruditi, et intercessione muniti, cuius depositionis diem celebratis, huic in cælesti regione adiungi<sup>6</sup> valeatis.<sup>7</sup> **R. Amen.** Quod ipse.

<sup>1</sup> B Unius confessoris<sup>2</sup> Z Dominus<sup>3</sup> Z om.<sup>4</sup> M Z miraculis] vos exornet<sup>5</sup> M Z exemplis<sup>6</sup> B cælesti] regno coniungi<sup>7</sup> S valeatis est rescriptum posterius manu gothica s. XIV (?) M celebratis] illi in cælesti regione adiungi possitis Z celebratis] illi possitis in cælesti regione adiungi

264. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS Deus conterat Satanam velociter sub pedibus vestris, beati **N.**, confessoris sui, opitulantis meritis, cuius felicem transitum hodie debita devotione celebratis. **R. Amen.**

Largiatur vobis, ut simplices sitis in malo, sapientes autem et perfectos esse<sup>1</sup> in bono. **R. Amen.**

<sup>1</sup> B perfectos] vos faciat esse

Ut, cum princeps pastorum apparuerit, immarcescibilem coronam gloriæ<sup>2</sup> recipiatis.

**R.** Amen. Quod ipse.

<sup>2</sup> **B** immarcescibilem] gloriæ coronam

### IN NATALI PLURIMORUM CONFESSORUM<sup>1</sup>

265.

SBMZ+

**B**EATORUM confessorum,<sup>2</sup> **N.**, meritis vos Dominus faciat<sup>3</sup> benedici, et contra ad-versa omnia<sup>4</sup> eorum intercessione muniri. **R.** Amen.

Horum vos faciat<sup>5</sup> suffragio felices, quorum festivitatis diem celebratis ovantes. **R.** Amen. /747/

Quo, eorum imitantes exempla, ad cælestia possitis pervenire<sup>6</sup> promissa. **R.** Amen.

Quod ipse.

<sup>1</sup> **B M** Plurimorum confessorum

<sup>2</sup> **Z** Sanctorum confessorum suorum

<sup>3</sup> **M** vos] faciat Dominus

<sup>4</sup> **M** contra] omnia adversa

<sup>5</sup> **M Z** Eorum vos efficiat

<sup>6</sup> **S** cælestia] pervenire possitis

### IN NATALI UNIUS VIRGINIS<sup>1</sup>

266.

SB+

**S**ANCTIFICET Dominus Ecclesiam suam, qui beatam **N.** virginem acquisivit fide, honoravit pudore, glorificavit certamine. **R.** Amen.

Repleat [vos]<sup>2</sup> illo spiritu, qui martyri affuit, dum ignis torreret, dum ungula raderet, equuleus fatigaret. **R.** Amen.

Ut, dum se abnegat, Christum persultat, illius collocetur in dextera, cuius est electione vocata. **R.** Amen. Quod ipse.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> **B** Unius virginis

<sup>2</sup> **S** orig. add.

<sup>3</sup> **B** om. totum secundum et tertium membrum huius benedictionis, et prosequitur cum sequenti benedictione sine titulo tamquam benedictione quadam quattuor membrorum.

267. Item alia:

SB

**C**HRISTUS Iesus, cui desponsi estis, uni viro virgo casta: custodiat vos meritis beatæ **N.** virginis, ne sensus vestri corrumpantur, et excidant ab ea, quæ est in ipso,<sup>1</sup> simplicitate. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **B** Christo

Præstet vobis, ut, utentes hoc mundo, tamquam non utamini, solliciti, quomodo placeatis Deo, sancti sitis corpore et spiritu. **R.** Amen.

Quatenus, cum figura mundi huius præteri/75<sup>r</sup>/erit, sanctimoniam vestram studio · Deum videre mereamini. **R.** Amen. Quod ipse.<sup>2</sup>

<sup>2</sup> *M et Z habent aliam benedictionem, quæ in S et B deest:*

**In natali unius virginis** Benedicat vobis [Z vos] Dominus [Z Christus], qui beatæ virgini **N.** [Z **N.** virgini C 175 illi] concessit et decorem virginitatis, et gloriam passionis. **R.** Amen. Et [Z Ut], cuius opitulatione illa meruit et sexus fragilitatem, et persequentium [Z persequentum] rabiem devincere, vos possitis et vestrorum corporum illecebras, et antiqui hostis machinamenta superare. **R.** Amen. Quo, sicut illa sexu fragili virile [M om.] nisa est certamen adire, et post certamen de hostibus meruit [C *ibid.* om.] triumphare, ita et [C *ibid.* om.] vos, in hac mortali [C *ibid.* mortalitate] carne [C *ibid.* om.] viventes, valeatis [C *ibid.* add. et] antiquum hostem devincere, et post [Z C *ibid.* om.] victoriam [Z C *ibid.* om.] ad regna cælestia [C *ibid.* cælestia regna] pervenire. **R.** Amen. Quod ipse.

### IN NATALI PLURIMARUM VIRGINUM<sup>1</sup>

268.

SBM

**O**MNIPOTENS Deus, intercedentibus sanctis virginibus suis, **N.**, vos<sup>2</sup> dignetur benedicere, qui de antiquo hoste · non solum per viros, verum etiam per feminas voluit triumphare. **R.** Amen.

Et, qui illis<sup>3</sup> voluit centesimi fructus donum decore virginitatis · et agone martyrii conferre, vos dignetur et vitiorum squaloribus expurgare, et virtutum lampadibus exornare. **R.** Amen.

Quatenus virtutum oleo<sup>4</sup> ita pectorum<sup>5</sup> vestrorum lampades possint impleri,<sup>6</sup> ut cum eis cælestis sponsi thalamum possitis<sup>7</sup> ingredi. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **B** De virginibus **M** natali virginum

<sup>2</sup> **M** nos

<sup>3</sup> **B** illi

<sup>4</sup> **M** Quatenus] oleo caritatis

<sup>5</sup> **S B** peccatorum

<sup>6</sup> **M** repleri

<sup>7</sup> **M** valeatis

### IN ORDINATIONE EPISCOPI<sup>1</sup>

269.

SBM+

**D**EUS, ad quem respicit sacerdotum sollertia, regnantium victoria, populi disciplina, qui ob hoc præponis<sup>2</sup> pontifices, ut habeat clerus vigilantiam, Ecclesia /75<sup>r</sup>/ reverentiam, plebs devota custodiam, pauperes alimoniam: dignare hoc in nobis ·

<sup>1</sup> *S In margine: In ordinibus episcoporum benedictio.*

<sup>2</sup> **B M** proponis



cælesti fonte diffundere, quod, dispensante sacerdote, plebs possit pro salute haurire. **R.** Amen.

Concedas agendi normam, loquendi fiduciam, vivendi temperantiam, monendi doctrinam. **R.** Amen.

Ut, impendente pontifice studium, plebe præbente<sup>3</sup> assensum, mereatur pastor consequi gratiam, grex medelam. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

<sup>3</sup> **S M om.**

270. Alia:<sup>1</sup>

**SBM+**

**D**EUS, qui populis suis<sup>2</sup> indulgendo consulit, et amore dominatur: det Spiritum sapientiæ, quibus tradidit regimen disciplinæ, ut de profectu sanctarum ovium · fiant gaudia æterna pastorum. **R.** Amen.

Et, qui dierum nostrorum numerum temporumque mensuras · maiestatis suæ potestate dispensat, propitius ad humilitatis nostræ servitutem respiciat, et pacis suæ abundantiam nostris temporibus præstet, nosque<sup>3</sup> per eam feliciter in/76/cedere concedat. **R.** Amen.

Collatis quoque in me per gratiam suam propitietur muneribus, et, quem fecit gradu episcopali sublimem, faciat operum sibi perfectione<sup>4</sup> placabilem, atque in illum affectum dirigat · cor plebis et præsulis, ut nec pastori obœdientia gregis, nec gregi desit umquam<sup>5</sup> cura pastoris. **R.** Amen.

Quod summa Trinitas<sup>6</sup> præstare dignetur, quæ quibuslibet, foris impendentibus ministerium, ipsa sola intrinsecus dare potest incrementum in sæcula sæculorum. **R.** Amen. Quod ipse.<sup>7</sup>

<sup>1</sup> **M** Quando episcopus natalem suum celebrat

<sup>2</sup> **B** qui] populo suo

<sup>3</sup> **B** nos

<sup>4</sup> **M** profectio

<sup>5</sup> **B** gregi] numquam desit

<sup>6</sup> **M** Quod] ipse

<sup>7</sup> **B** add. *Benedictio in synodo*: Omnipotens Deus qui dispersos Israel (*vide infra*, I. 283.)

## IN CONVENTU EPISCOPORUM<sup>1</sup>

271.

**SB+**

**D**EUS, qui post gloriosum ascensum<sup>2</sup> suum numquam se deesse fidelibus suis promisit: largiatur sacerdotibus suis<sup>3</sup> illam gratiam, qua sint perfecti regimine, ferventes<sup>4</sup> in caritate. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **S** Rescriptum posterius. **B** Alia

<sup>2</sup> **B** om.

<sup>3</sup> **B** om.

<sup>4</sup> **B** servientes

Indulgeat eorum obtentu · peccatoribus populis veniam, qui iustis polliceri dignatus est coronam; erudiat eos<sup>5</sup> /76'/ sanctis dogmatibus, et multiplicet iustitiæ fructus in eorum operibus. **R.** Amen.

Ut, pastorum cura muniti, evadant supplicia Tartarea, et adipisci mereantur regni gloriam · et gaudia sempiterna. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>5</sup> S vos

### QUANDO FRATRES AD SUA REDEUNT<sup>1</sup>

272.

SB+

**C**HRISTUS, Dei Filius,<sup>2</sup> qui est initium et finis: complementum vobis tribuat caritatis. **R.** Amen.

Et, qui vos<sup>3</sup> ad expletionem huius fecit pervenire concilii, absolutos vos faciat<sup>4</sup> · ab omni contagione delicti. **R.** Amen.

Ut, ab omni reatu liberiores effecti, absoluti etiam per donum Spiritus Sancti, felici reditu vestrarum sedium cubilia<sup>5</sup> reperatis<sup>6</sup> illæsi. **R.** Amen.

Quod ipse præstare dignetur, cuius regnum et imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum. **R.** Amen.

<sup>1</sup> S *Rescriptum posteriore manu, quæ similis videtur H m. 3* B *Benedictio in synodo*

<sup>2</sup> B Christus] Filius Dei

<sup>3</sup> S nos H Ut qui nos

<sup>4</sup> B H efficiat

<sup>5</sup> B vestrarum] cubilia sedium

<sup>6</sup> H reperatis (*sic*)

### SUPER REGEM IN SYNODO<sup>1</sup>

273.

SB+

**O**MNIPOTENS Deus, qui te voluit populi sui<sup>2</sup> esse rectorem: ipse te cælesti benedictione sanctificet, et æterni regni faciat esse consortem. **R.** Amen.

Concedatque tibi contra omnes fidei Christianæ /77'/ hostes visibiles atque invisibiles victoriam triumphalem, et pacis ac quietis Ecclesiæ sanctæ<sup>3</sup> felicissimum te fieri · longe lateque fundatorem. **R.** Amen.

Quatenus, te gubernacula regni tenente, populus, tibi subiectus, Christianæ religionis iura custodiens, undique tutus, pace tranquilla perfruatur, et, te in concilio beato-

<sup>1</sup> S *Rescriptum posterius. In O littera initiali: Super Regem in sancta synoda (sic)* B *Super regem*

<sup>2</sup> B Deus omnipotens qui te populi sui voluit

<sup>3</sup> B triumphalem] quietis et pacis ecclesiasticæ

rum regum<sup>4</sup> collocato, æterna felicitate · ibidem tecum pariter gaudere mereatur. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>4</sup> **B** tranquilla] tueatur et te in concilio regum beatorum

### SUPER REGEM TEMPORE SYNODI<sup>1</sup>

274.

S+

**B**ENEDICAT<sup>2</sup> tibi Dominus, custodiatque te, et, sicut te voluit super<sup>3</sup> populum suum constituere regem, ita et in præsentī sæculo felicem, et æternæ felicitatis tribuat esse consortem. **R.** Amen.

Clerum ac populum, quem sua voluit opitulatione tua<sup>4</sup> sanctione congregari, sua dispensatione et tua administratione per diuturna tempora faciat feliciter gubernari. **R.** Amen.

Quatenus, divinis monitis parentes, ad<sup>77</sup>/versitatibus omnibus carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo magisterio<sup>5</sup> fideli amore obsequentes, et in præsentī sæculo pacis tranquillitate fruantur, et tecum æternorum civium consortio potiri mereantur. **R.** Amen. Quod ipse.<sup>6</sup>

<sup>1</sup> **S** Rescriptum posterius.

<sup>2</sup> **S** In **B** littera initiali verticaliter: Super Regem

<sup>3</sup> **C** 143 Dominus] custodiensque te sicut voluit te super

<sup>4</sup> **C** *ibid.* opitulatione] et tua

<sup>5</sup> **C** *ibid.* ministerio

<sup>6</sup> **B** *om. totam hanc benedictionem. Deinde prius Pro iter agentibus, et postea duæ In tempore belli.*

### IN TEMPORE BELLI

275.

SB+

**D**OMINE,<sup>1</sup> Iesu Christe: rogamus te, pastor bone, qui temetipsum nostri<sup>2</sup> causa dedisti pro pretio,<sup>3</sup> defende nos tui sanguinis commercio. **R.** Amen.

Ut et<sup>4</sup> hic semper te sentiamus prævium, et in æterna beatitudine, te remunerante, mereamur accipere præmium. **R.** Amen.

Tu ergo nos, Domine, Iesu Christe, benedictionis rore perfunde, ut, in præsentī vita positi, de omnibus inimicis te habeamus ereptorem, et hic et in æternum sentiamus protectorem. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **S** In **D** littera initiali: Tempore belli benedictio

<sup>2</sup> **B** *om.*

<sup>3</sup> **S** *orig. add. de petio*

<sup>4</sup> **B** *om.*

276. Alia:

SB

**O**MNIPOTENS<sup>1</sup> Deus Sabaoth, qui confortavit seras portarum Sion:<sup>2</sup> ponat in finibus /78<sup>v</sup>/ vestris pacem, et in virtute brachii sui inimicos vestros conterat, ut dormiatis, et non sit,<sup>3</sup> qui exterreat. **R.** Amen.

Auferat gladium, ne terminos vestros transeat, et insurgentes contra vos cælesti virtute potenter allidat. **R.** Amen.

Ponat inimicos vestros, sicut stipulam ante faciem venti, ut hi in curribus, et hi in equis, vos autem in nomine Domini fiduciam · et turrim fortitudinis habeatis. **R.** Amen. Quod ipse.

<sup>1</sup> **S** *In O littera initiali:* **Tempore belli benedictio**

<sup>2</sup> **B** portarum] suarum Sion

<sup>3</sup> **B** *om.*

277. Item alia:<sup>1</sup>

S+

**P**OPULI tui, Deus, institutor et rector: peccata, quibus expugnatur, averte,<sup>2</sup> ut, semper tibi placitus, et tuo munimine<sup>3</sup> sit securus. **R.** Amen.

Da plebi tuæ, Domine, piæ semper devotionis affectum, ut, quæ<sup>4</sup> prava sunt, respiciens, sancta conversatione firmetur, et, a peccatis libera, nullis adversitatibus atteratur. **R.** Amen.

Succurre, Domine, quæsumus, populo supplicanti, et opem tuam tribue benignus infirmis, ut, sincera mente devoti, et præsentis /78<sup>v</sup>/ vitæ remediis gaudeant, et futuræ. **R.** Amen. Quod ipse.<sup>5</sup>

<sup>1</sup> **S** *Postea insertum:* **Tempore belli**

<sup>2</sup> **C** 1853 expelle

<sup>3</sup> **C** *ibid.* nomine

<sup>4</sup> **C** *ibid.* quod

<sup>5</sup> **B** *om. totam hanc benedictionem.*

## PRO MORTALITATE

278.

S+

**D**EUS,<sup>1</sup> qui non mortem, sed pænitentiam desideras peccatorum: populum tuum, quæsumus, sub potentia manus tuæ prostratum, ad te converte propitius, et ab imminente morte defende placatus. **R.** Amen.

Ut, dum tibi devotus exstiterit, iracundiæ tuæ flagella ab eo amoveas,<sup>2</sup> atque a mortifero vastatore defendas. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **S** *In D littera initiali:* **Pro mortalitate ut cessaret a termino**

<sup>2</sup> **C** 1019 iracundiæ] ab eo flagella amoveas

Præsta, Domine, ut, sicut sanctus Michael archangelus in conspectu tuo gloriosus assistit, ita et pro populo curet exorare, ut gratiam<sup>3</sup> tuam semper mereatur habere.<sup>4</sup>  
**R.** Amen. Quod ipse.<sup>5</sup>

<sup>3</sup> C *ibid.* et] ibi pro populo tuo exorare dignetur ubi gratiam

<sup>4</sup> C *ibid.* habere] præsentem

<sup>5</sup> B *om. totam hanc benedictionem.*

### PRO ITER AGENTIBUS

279.

SB

**D**EUS,<sup>1</sup> via et veritas et vita: bonum illum Tobiaë angelum in comitatu vestro dirigat, qui itinera vestra, cogitationes et omnes actus in beneplacito eius<sup>2</sup> disponat.  
**R.** Amen.

Ducat vos per vias /79/ iustitiæ et veritatis, ut, quasi filii lucis et diei, ambulantes in luce, et non in tenebris, adversantium offendicula non timeatis. **R.** Amen.

Quatenus, ipso protectore · et præduce, sic viæ et vitæ huius cursum inoffense<sup>3</sup> peragatis, ut, ad æternam patriam redeuntes, in itinere non deficiatis. **R.** Amen.

Quod ipse.

<sup>1</sup> S *In D littera initiali: Pro peregrinis et viatoribus*

<sup>2</sup> B *om.*

<sup>3</sup> S inoffensse (*sic*)

### PRO NAVIGANTIBUS<sup>1</sup>

280.

S+

**H**IC populus tuus, Domine, tuo gubernetur auxilio, et brachio tuæ maiestatis protegatur, ne eum pelagi furentis unda conturbet,<sup>2</sup> nec a tempestatis facie terreatur. **R.** Amen.

Navem eorum maiestatis tuæ dextera tueatur,<sup>3</sup> ut cor eorum fidei salutaris augmento impleatur, catholicæ fidei anchora teneantur, ut undas pelagi<sup>4</sup> sævientis securi pertranseant. **R.** Amen.

Mercimonia divinæ voluntatis<sup>5</sup> peragant, ut fidem promissionis tuæ percipere mereantur; manus eorum reple muneribus tuis, /79/ ut locum habeant · in conversationibus<sup>6</sup> sanctorum. **R.** Amen. Quod ipse.<sup>7</sup>

<sup>1</sup> S *Postea insertum: Pro navigantibus*

<sup>2</sup> C 1393 protegatur] non eum pelagi furentis unda turbet

<sup>3</sup> C *ibid.* eorum] salutis construe

<sup>4</sup> C *ibid.* sæculi

<sup>5</sup> C *ibid.* conversationis

<sup>6</sup> C *ibid.* conversatione

<sup>7</sup> B *om. totam hanc benedictionem et omnes, quæ sequuntur, excepta illa: In synodo prima die, quam iam*

*antea inseruit (vide supra, I. 283.). Deinde iterum sequitur sine titulo: Deus qui intemeratæ Virginis utero (vide supra, I. 16.), et postea: Benedictio in synodo: Christus Filius Dei qui est initium et finis (vide supra, I. 272.). Demum duæ ultimæ, quæ in S desunt, sed prima earum habetur etiam in M et Z:*

**In dedicatione ecclesiæ** Omnipotens Deus, qui vos hodierna die ad dedicationem istius ecclesiæ [Z C 1681 aulæ] dignatus est adunare: ipse vos cælesti benedictione dignetur locupletare. **R.** Amen. Concedatque vobis fieri templum suum · et habitaculum Spiritus Sancti, qui proprium Filium suum, Dominum nostrum, Iesum Christum, pro vobis voluit [Z C *ibid.* elegit] immolari. **R.** Amen. Quatenus, mente et corpore purificati, habitorem Deum in vobismetipsis semper [B *om.*] habere possitis, et æternæ beatitudinis hereditatem cum sanctis et electis possidere valeatis. **R.** Amen. Quod ipse præstare.

**Item alia** Omnipotens Deus, qui Verbum caro factum est, ut in vobis habitaret: de vivis lapidibus templum sibi in medio vestri sanctum construat, unde ipse habitator et custos in perpetuum non recedat. **R.** Amen. Et, qui, cælum et terram implens, domum hanc peculiarem suo mancipavit nomine, aures super eam hodie intendat, oculos misericorditer aperiat, ut, interveniente salutari hac hostia, quam indigni offerimus, nullius votum hic irritum fiat. **R.** Amen. Erigat hodie coram vobis scalam Iacob, pertingentem ad cælos, per quam et ascendentes angeli preces vestras in excelsum deferant, et descendentes ab immundorum spirituum vos pravitate defendant. **R.** Amen. Quod. (*cf.* C 1677)

## BENEDICTIO SUPER ANCILLAS DEI

281.

S+

**D**OMINE,<sup>1</sup> Deus æterne, qui utrumque sexum de interitu perpetuæ mortis per Iesum Christum, Filium tuum, de Maria Virgine natum, misericorditer redemisti: has famulas tuas, devotis mentibus tibi servientes, omni benedictione spiritali benedicere dignare. **R.** Amen.

Ut integram fidem habeant, et in præceptis tuæ legis semper perseverent, terrena et transitoria despiciant, æterna et invisibilia intenta meditatione diligant. **R.** Amen.

Ut, in numero sanctarum virginum permanentes, cælesti sponso cum lampadibus bonorum operum fiducialiter occurrere, ipso præstante, mereantur. **R.** Amen.

Ipse vos benedicat de cælis, qui, per Crucem et sanguinem passionis suæ vos redimere, dignatus est venire in terris. **R.** Amen. /80'/ Quod ipse.

<sup>1</sup> S *In D littera initiali: Benedictio super moniales sanctas*

## SUPER SPONSUM ET SPONSAM

282.

S

**D**EUS<sup>1</sup> omnipotens, qui ob reparationem perditæ creaturæ gemina distinxit hominem ratione: faciat vos capescere copulam benignitatis digne. **R.** Amen.

Quique per Unigenitum gemina et consona testamenta veteris et novæ legis spiritaliter voluit intelligi, spiritualem gratiam in huius nexionis vinculo faciat adipisci. **R.** Amen.

<sup>1</sup> S *In D littera initiali: Super sponsum et sponsam*

Quo hic ditemini propagine filiorum, et, complendo servantes dilectionis donum, in futuro possideatis regna polorum. **R.** Amen. Quod ipse.<sup>2</sup>

<sup>2</sup> *C nescit hanc benedictionem.*

### IN SYNODO PRIMA DIE<sup>1</sup>

283.

SB+

**O**MNIPOTENS<sup>2</sup> Deus,<sup>3</sup> qui dispersos Israel congregat: ipse vos hic et ubique custodiat. **R.** Amen.

Et non solum vos custodiat, sed et ovium suarum idoneos custodes efficiat. **R.** Amen.

Ut cum summo pastore Christo<sup>4</sup> · de gregum suorum<sup>5</sup> pastione gaudeatis in cælo. **R.** Amen.

Quod ipse præstare dignetur, cuius regnum et imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum. **R.** Amen.

<sup>1</sup> **B** *Benedictio in synodo*

<sup>2</sup> **S** *In O littera initiali: In synodo et congregatione sancta ecclesie*

<sup>3</sup> **H** *om.* Omnipotens Deus

<sup>4</sup> **H** summo] Christo pastore

<sup>5</sup> **B** suarum

### IN SECUNDA DIE

284. /80\*/

S+

**D**OMINUS<sup>1</sup> messis<sup>2</sup> et corporalis et spiritalis: det vobis incrementa gratiæ sacerdotalis. **R.** Amen.

Ut,<sup>3</sup> manu et lingua pauperes Christi recreantes, cum ipsis fiatis ovantes. **R.** Amen.

Ut, ad dexteram Dei constituti, participium Agni Dei mereamini.<sup>4</sup> **R.** Amen.

Quod ipse præstare dignetur, qui, ante constitutionem mundi prædestinatos, et ante finem sæculi iustificatos, in fine mundi reddet glorificatos · per infinita sæcula sæculorum. **R.** Amen. Benedictio Dei.

<sup>1</sup> **S** *In D littera initiali: Synodalis*

<sup>2</sup> **H** rector mentis et linguæ

<sup>3</sup> **H** Et

<sup>4</sup> **H** dexteram] omnipotentis Dei mereamini stare quando sæculum per ignem debet iudicare participium Agni Dei percipiatis

## IN TERTIA DIE

285.

S+

**C**AUTOS<sup>1</sup> vos faciat Dominus contra peccata, a nobis vel a fratribus vestris admisa. *R. Amen.*

Ut illa non neglegatis, sed studiose commendare curetis. *R. Amen.*

Quatenus de lucro fraterno · exsultetis cum Patre sempiterno. *R. Amen.*

Quod ipse præstare dignetur, qui, in Trinitate unus, cuncta bona inchoat, perficit · /81'/ et conservat, et conservata sine fine remunerat in sæcula sæculorum. *R. Amen.*

<sup>1</sup> S *In C littera initiali: Synodalis*

## BENEDICTIO DE SANCTA CRUCE, QUANDO VOLUERIS

286.

S

**O**RAMUS<sup>1</sup> te, Iesu Christe, spes unica salutis humanæ, ut per tuæ Crucis signum vitale pectus nostrum munias, cor custodias, mentem clarifices, cogitationes purifices, totamque vitam ad tuum velle componendo sanctifices. *R. Amen.*

Tua, quæsumus, Domine, crucifixio totum, quod in nobis tibi sit contrarium, consumat, iram exstinguat, linguam a vaniloquio compescat, carnalem æstum temperet, omnem mentis perturbationem pacificet, talesque tua nos efficiat clementia, ut tibi simus hostia viva. *R. Amen.*

Ut, quando adveneris vivos ac mortuos mundumque omnem iudicare per ignem, obsecramus, ut tunc a flammis ultricibus sancta nos Crux eripiat, atque ab ira tua clementer defendat. *R. Amen.* Quod ipse præstare.<sup>2</sup> /81'/

<sup>1</sup> S *In O littera initiali: De sancta Cruce*

<sup>2</sup> C *nescit hanc benedictionem.*



## II. Oratio simul et benedictio pontificis ad confirmandos pueros<sup>1</sup>

1.

SHB

Spiritus Sanctus superveniat in vos, et virtus Altissimi sine peccato custodiat vos.<sup>2</sup>

R. Amen.

2. Oratio:<sup>3</sup>

**O**MNIPOTENS, sempiternus Deus, qui regenerare dignatus es · hos famulos tuos **vel** famulas tuas,<sup>4</sup> **N.**, ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedisti eis remissionem omnium peccatorum: emitte in eos septiformem Spiritum tuum<sup>5</sup> Sanctum · Paraclitum de cælis, Spiritum sapientiæ et intellectus, Spiritum consilii · et fortitudinis, Spiritum scientiæ · et pietatis; adimple<sup>6</sup> eos Spiritu timoris tui, et consigna eos signo Crucis in vitam æternam propitiatus. Per<sup>7</sup> Dominum nostrum, Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

3.

Quis<sup>8</sup> vocaris?

4. Respondente patrino,<sup>9</sup> dicat episcopus:

Confirmo te signo Crucis, et chrismate salutis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. R. Amen.<sup>10</sup> Pax tibi. Et cum spiritu tuo.

5. Iterum,<sup>11</sup> confirmatis /82/ omnibus, dicat hos versus episcopus:

*Ecce, sic benedicetur homo, qui timet Dominum.*

*Benedicat vobis Dominus ex Sion, ut videatis bona Ierusalem · omnibus diebus vitæ vestræ.*

*Custodiat vos Dominus in timore suo sanctissimo.*

*Qui vivit et regnat Deus<sup>12</sup> in sæcula sæculorum. Amen.*

<sup>1</sup> **B** In confirmatione Christianorum

<sup>2</sup> **B** Altissimi] obumbret vos

<sup>3</sup> **H** add. Dominus vobiscum

<sup>4</sup> **H vel**] has famulas tuas **B** famulos] et has famulas tuas

<sup>5</sup> **B** om.

<sup>6</sup> **B** et imple

<sup>7</sup> **B** signo] sanctæ Crucis Domini nostri Iesu Christi propitiatus in vitam æternam. Per. (*Omnia, quæ sequuntur usque ad benedictionem Effunde, in B desunt, sed cum H præcise congruunt.*)

<sup>8</sup> **H** Quid

<sup>9</sup> **S** orig. corr. de patrono **H** patrono

<sup>10</sup> **S** orig. add. in ima pagina: ut replearis eodem Spiritu Sancto et habeas vitam æternam.

<sup>11</sup> *Malim Item* **H** om.

<sup>12</sup> **H** om.

*Pax vobiscum.*

6. Oratio:

**D**EUS, qui apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum, et per eos eorumque successorum ceteris fidelibus tradendum esse voluisti: respice propitius ad humilitatis nostræ famulatum, et præsta, ut eorum corda, quorum frontes sacro chrismate delinivimus, et signo Crucis designavimus, idem<sup>1</sup> Spiritus Sanctus adveniens templum gloriæ suæ dignanter habitando perficiat. Per.

7. Finita oratione, dicat diaconus: Humiliate vos ad benedictionem. Deo gratias. *Confirmatis capita inclinantibus, benedictio sequitur:*

**E**FFUNDE, quæsumus, Domine, super hos famulos tuos, **N.**, cælestem<sup>2</sup> benedictionem tuam, quibus per nos, exiguos, septiformem Spiritum Sanctum tuum · tradere voluisti, atque eis gratiam /82'/ eiusdem Spiritus Sancti et dona largire.<sup>3</sup> **R.** Amen. Ut, qui sunt ex aqua et Spiritu Sancto renati, fiant eius protectione muniti. **R.** Amen.<sup>4</sup> Redundet in eis gratia<sup>5</sup> diffusa per Spiritum Sanctum, quæ operiet<sup>6</sup> ac superet omnem<sup>7</sup> multitudinem peccatorum. **R.** Amen.

Quod ipse præstare dignetur, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat.<sup>8</sup>

Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super vos. **R.** Amen.

8. Tunc dicat diaconus:<sup>9</sup>

Ite in pace. **R.** Amen. /83'/

<sup>1</sup> H eosdem

<sup>2</sup> B famulos] et famulas tuas cælestem

<sup>3</sup> B eis] eiusdem Sancti Spiritus gratiam et dona largiri

<sup>4</sup> B om. Ut ... muniti. Amen

<sup>5</sup> B caritas

<sup>6</sup> H B operiet

<sup>7</sup> H omne

<sup>8</sup> B *add. hic formulam confirmationis differentem:* Confirmo te in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Pax tecum. Et cum spiritu tuo. *Deinde sequitur alia benedictio, quæ in S deest:*

**Benedictio post confirmationem** Omnipotens Dominus, qui vos fecit aqua baptismatis renasci: ipse vos corroboret bono [*malim dono cf. C 1761*] septiformis Spiritus Paracliti, qui[a] [*adi. cf. C ibid.*] sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum, ut habeat regni cælestis introitum. **R.** Amen. Benedicat vos Dominus ex Sion, ut videatis bona Ierusalem omnibus diebus vitæ vestræ, et in omnibus sumatis scutum fidei, ut mereamini in castris æterni regis ascribi. **R.** Amen. Custodiat vos in timore sanctissimo suo, et tribuat vobis [*C ibid. add. pacis*] unitatem · et contra omnes hostes victoriam triumphalem, ut signaculum fidei, quod tenetis, usque in finem impollutum custodiatis. **R.** Amen. Quod.

<sup>9</sup> H om. *totam rubricam.*

### III. Ordo, qualiter in Romana ecclesia ecclesiastici eligendi sunt et consecrandi

1.

SZ

Mensis primi, quarti, septimi · et decimi, sabbatorum die · in ecclesia, ubi missa celebrari debet, hora missæ conveniat chorus ante altare sanctæ Crucis, et, qui sunt ordinandi, stent in fine ecclesiæ, expectantes metropolitanum, ecclesiasticis vestibus induti, ita tamen, ut ad ordinem cantorum electi et ordinandi · stent antea, post cantores ostiarii, post ostiarios lectores, post lectores exorcistæ, post exorcistas acolythi, post acolythos subdiaconi, post subdiaconos diaconi, post diaconos presbyteri. His omnibus decenter dispositis, pontifex, indutus sacerdotalibus vestibus, una cum ministris accedat ad altare, et, facta confessione, incipiat cantor officium:

*Intret oratio mea. Ps. Domine, Deus salutis. Gloria.*

2. Et dicatur:

Kyrie, eleison /83' ter, Christe, eleison ter, Kyrie, eleison; Kyrie, eleison; Kyrie, eleison.

3. Tunc episcopus et omnes consecrandi prosternant se in oratione, et incipiatur litania ita:

*Christe, audi nos.*

*Salvator mundi, adiuva nos.*

*Sancta Maria, ora pro nobis.*

*Sancte Michael.*

Ora.

*Sancte Gabriel.*

Ora.

*Sancte Raphael.*

Ora.

*Omnes sancti angeli et archangeli,*

*orate pro nobis.*

*Omnes sancti beatorum spirituum ordines.*

Ora.

*Sancte Ioannes Baptista.*

Ora.

*Omnes sancti patriarchæ et prophete,*

*orate pro nobis.*

*Sancte Petre.*

*Sancte Paule.*

Ora.

*Sancte Andrea.*

Ora.

*Sancte Ioannes. Bartholomæe.*

Ora.

*Sancte Iacobe. Matthæe.*

Ora.

*Sancte Philippe. Thoma.*

Ora.

*Simon, Barnaba,*

*Thaddeæ, Luca, Matthia.*

Ora.

*Sancte Iacobe. Marce, Simon.*

Ora.

*Omnes sancti apostoli et evangelista,*

Ora.

*orate pro nobis.*

*Sancte Stephane protomartyr.*

Ora.

*Sancte Adalberte.*

Ora.

*Sancte Georgi.*

Ora.

*Sancte Clemens.*

Ora.

*Sancte Laurentii.*

Ora.

*Sancte Gorgoni.*

Ora.

*Sancte Vincenti.*

Ora.

*Sancte Mauriti cum sociis suis.*

*Sancte Dionysii cum sociis suis.*

Ora.

*Omnes sancti martyres, orate pro nobis.*

*Sancte Silvester.*

Ora.

*Sancte Hilari.*

Ora.

*Sancte Martine.*

Ora.

*Sancte Nicolae.*

Ora.

/84'

<i>Sancte Gregori.</i> <i>Hieronymus, Dominice.</i>	Ora.	<i>vitatem tuam libera nos, Domine.</i>
<i>Sancte Ambrosi.</i> <i>Thoma.</i>	Ora.	<i>Per crucem et passionem tuam libera nos,</i>
<i>Sancte Augustine.</i>	Ora.	<i>Domine.</i>
<i>Omnes sancti confessores, orate</i> <i>pro</i>	Ora.	<i>Per mortem et sepulturam tuam libera</i>
<i>nobis.</i> <i>Magdalena.</i>	Ora.	<i>nos, Domine.</i>
<i>Sancta Felicitas, ora pro nobis.</i>	Ora.	<i>Per resurrectionem et ascensionem tuam</i>
<i>Sancta Perpetua.</i>	Ora.	<i>libera nos, Domine.</i>
<i>Sancta Agatha.</i>	Ora.	<i>Per adventum Spiritus Sancti Paracliti</i>
<i>Sancta Lucia.</i>	Ora.	<i>libera nos, Domine.</i>
<i>Sancta Cecilia.</i> <i>Catherina.</i>	Ora.	<i>In die iudicii libera nos, Domine.</i>
<i>Sancta Scholastica.</i> <i>Margarita.</i>	Ora.	<i>Peccatores te rogamus, audi nos.</i>
<i>Sancta Petronella.</i>	Ora.	<i>Ut pacem nobis dones, te rogamus, audi</i>
<i>Omnes sanctae virgines, orate pro</i> <i>nobis.</i>	Ora.	<i>nos.</i>
<i>Omnes sancti, orate pro nobis.</i>	Ora.	<i>Ut sanitatem nobis dones, te rogamus,</i>
<i>Propitius esto, parce nobis, Domine.</i>	Ora.	<i>audi</i>
<i>A peccatis nostris libera nos, Domine.</i>	Ora.	<i>Ut indulgentiam peccatorum nostrorum</i>
<i>Ab ira tua libera nos, Domine.</i>	Ora.	<i>nobis dones, te rogamus, audi nos.</i>
<i>Ab omni malo libera nos, Domine.</i>	Ora.	<i>Ut Ecclesiam tuam regere et defendere di-</i>
<i>Per adventum et nati-</i>	Ora.	<i>gneris, te rogamus, audi.</i>
<i>184<sup>1</sup> tuo sancto servitio confortare digneris, te rogamus, audi nos.</i>	Ora.	<i>Ut pontificem nostrum in</i>
<i>Ut fratres nostros, ad sacrum ordinem electos, in vera religione conservare digneris, te roga-</i> <i>mus, audi nos.</i>	Ora.	
<i>Ut nos exaudire digneris, te rogamus, audi nos.</i>	Ora.	
<i>Fili Dei, te rogamus, audi nos.</i>	Ora.	
<i>Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis.</i>	Ora.	

<sup>1</sup> *Inseruit alia manus pro dedicatione ecclesie in summa pagina, forte eadem ac 'Dyonisius Bohemus':*  
*Ut hanc ecclesiam benedicere digneris.*  
*Ut hanc ecclesiam sanctificare digneris.*  
*Ut hanc ecclesiam benedicere, sanctificare et consecrare digneris.*

*Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.*

*Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.*

*Christe, audi nos. Kyrie, eleison; Christe, eleison; Kyrie, eleison.*

4. Finita litania, postquam omnes surrexerint, unusquisque redeat ad locum suum, et pontifex sedeat in sede sua. Archidiaconus vero, sine casula usque ad medium chori procedens, et nomina eorum, qui ordinandi sunt, præ manibus habens, humiliter in episcopum respiciat, et his verbis eum alloquatur:

Postulat hæc sancta ecclesia,<sup>1</sup> reverende pater, hos viros, ordinibus aptos, consecrari sibi a vestra paternitate.

5. Responsio episcopi:

Vide, ut natura, scientia · et moribus · tales per te introducantur, immo per nos tales /85'/ in domo Domini ordinentur personæ, per quas diabolus procul pellatur, et clerus Deo nostro multiplicetur.

6. Archidiaconus:<sup>2</sup>

Quantum ad humanum spectat examen, natura, scientia · et moribus digni habentur, et probi cooperatores effici in his, Deo volente, possunt.

7. Tunc, iubente episcopo, archidiaconus accedat propius, et vocet nominatim ordinandos hoc modo:

De domo sancti Adalberti eligimus illum ad ostiarium, ad eundem titulum.

De ecclesia sanctæ Mariæ illum ad lectorem, ad eundem titulum.

De ecclesia sancti Petri illum ad exorcistam, ad eundem titulum.

De cœnobio sancti Hippolyti illum ad acolythum, ad eundem titulum.

De monasterio sancti Benedicti illum ad subdiaconum, ad eundem titulum.

De monasterio sanctæ Margaritæ illum ad diaconum, ad eundem titulum.

De domo sancti Adalberti illum ad presbyterum, ad eundem titulum.

8. Tunc electi /85'/ ascendant ad sedem pontificis, per nomina vocati ab archidiacono, et pontifex annuntiet tam clero, quam populo, dicens:

**A**UXILIANTE Domino et Salvatore nostro, Iesu Christo, præsentis fratres nostri in sacrum ordinem electi sunt a nobis et clericis, huic sanctæ sedi famulantibus, alii ad officium presbyterii, alii ad officium diaconii, vel subdiaconii, quidam vero ad ceteros ecclesiasticos gradus. Proinde admonemus et postulamus tam vos, clericos, quam ceterum populum, ut pro nobis et pro illis puro corde et sincera mente apud divinam clementiam intercedere dignemini, quatenus nos dignos faciat pro illis exaudiri, et eos unumquemque in suum ordinem eligere et consecrare per manus nostras

<sup>1</sup> Z sancta] mater Ecclesia

<sup>2</sup> S At diaconus

dignetur. Si quis autem habet aliquid contra hos viros, et pro Deo et propter Deum cum fiducia exeat et dicat. Verumtamen memor sit condicionis suæ.<sup>1</sup>

9. Tunc, innuente episcopo, redeant singuli ad /86<sup>v</sup>/ loca, ubi ante steterunt, et vocentur ab archidiacono nominatim electi cantores hoc modo:<sup>2</sup>

Ad ordinem cantorum ordinandi, accedite.

10. Illi cum accesserint, det eis episcopus officium cantandi.

### ORDO CANTORUM

11. Psalmistæ, id est cantores, possunt absque præsentia episcopi, sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente illis presbytero, vel potius episcopo, et dante eis antiphonarium in manus, sic dicens:

Videte, ut, quod ore cantatis, corde credatis, et quod corde creditis, operibus completis.<sup>3</sup>

12. Tunc recedant cantores, et episcopus surgat ad primam orationem dicendam. In primis dicat: Oremus, et diaconus: Flectamus genua, et post paululum: Levate, sequatur oratio: Populum tuum, quæsumus, Domine, propitius respice. Tunc prima prophetia legatur, et, finita prophetia, antequam graduale incipiatur, dicat archidiaconus:<sup>4</sup>

Ad ordinem ostiariorum electi /86<sup>v</sup>/et ordinandi, accedite.

### ORDO OSTIARIORUM<sup>5</sup>

13. Ostiarii cum ordinantur, postquam ab archidiacono instructi fuerint, qualiter in domo Dei debent conversari, ad suggestionem diaconi tradat eis episcopus claves ecclesiæ de altari, dicens:

Sic agite, quasi reddituri Deo rationem pro his rebus, quæ ecclesiæ vobis commissæ clavibus includuntur.<sup>6</sup>

14. Et tradat eis archidiaconus ostium ecclesiæ. Præfatio ostiariorum:

**D**EUM Patrem omnipotentem, fratres carissimi, suppliciter deprecemur, ut hos famulos suos, **N.**, benedicere dignetur, quos in officium ostiariorum eligere di-

<sup>1</sup> S orig. corr. de communionis suæ Ibid. in margine: Hic debet fieri absolutio communis.

<sup>2</sup> S In margine: Cantores.

<sup>3</sup> Z probetis

<sup>4</sup> S In margine: Ostiarii.

<sup>5</sup> S In summa pagina: Admonitio: Ostiarium oportet percutere cymbalum, aperire ecclesiam et sacrarium, et librum aperire ei, qui prædicat. Alia manu: Providete, ne [...]entes sitis.

<sup>6</sup> S In margine: Hic ostiario character imprimitur. Z quæ] istis clavibus recluduntur

gnatus est, ut sit eis fidelissima cura diebus ac noctibus ad distinctionem horarum certarum, ad invocandum nomen Domini, adiuvente eodem Domino nostro.<sup>1</sup>

15. *Benedictio eorundem:* Oremus, *et diaconus:* Flectamus genua, Levate.

**D**OMINE, sancte Pater, omnipotens, æterne Deus: be~~x~~ne/87<sup>1</sup>/dicere dignare hos famulos tuos in officium ostiariorum, ut inter ianitores ecclesiæ pareant tuo<sup>2</sup> obsequio, et inter electos tuos partem tuæ mereantur habere mercedis. Per.

16. *Tunc recedant ostiarii, et chorus cantet primum graduale. Quo finito, dicat episcopus:* Oremus, *et diaconus:* Flectamus genua, Levate. *Et dicatur oratio secunda:* Deus, qui nos in tantis periculis. *Et legatur secunda propheta, qua finita, vocentur ab archidiacono lectores electi ita:*<sup>3</sup>

Ad ordinem lectorum ordinandi, accedite.

## ORDO<sup>4</sup> LECTORUM<sup>5</sup>

17. *Lectores cum ordinantur, faciat de illis verbum episcopus ad plebem, indicans eorum fidem ac vitam atque ingenium. Postea tradat eis lectionarium, in quo lecturi sunt, dicens ad eos:*

Accipite, et estote verbi Dei relatores, habituri, si fideliter et utiliter impleveritis officium vestrum, partem cum his, qui verbum Dei mini/87<sup>1</sup>/straverunt.<sup>6</sup>

18. *Præfatio lectorum:*

**O**REMUS, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, **N.**, quos in ordinem lectorum dignatur assumere, benedictionem suam clementer effundat, quatenus distincte legant, quæ in Ecclesia legenda sunt, et eadem operibus impleant.

19. *Benedictio eorundem:* Oremus, *et diaconus:* Flectamus genua, Levate.

**D**OMINE, sancte Pater, omnipotens,<sup>7</sup> æterne Deus: benedicere dignare hos famulos tuos in officium lectorum, ut assiduitate lectionum sint apti pronuntiare verba vitæ, et mentis ac vocis distinctione populo intelligibilia monstrare.<sup>8</sup> Per.

<sup>1</sup> *Z add.* Iesu Christo qui cum eo vivit et regnat Deus in unitate Spiritus Sancti

<sup>2</sup> *Z ecclesiæ]* tuo pareant

<sup>3</sup> *S In margine:* Lectores.

<sup>4</sup> *S In O littera initiali pars superior cambucæ episcopalis.*

<sup>5</sup> *S In ima pagina: Admonitio:* Lectorem oportet legere ea, quæ [*malim* ei, qui] prædicat, et lectiones cantare, et benedicere panem et omnes fructus novos.

<sup>6</sup> *S In margine paginæ prioris: Hic character imprimitur lectori. In margine paginæ huius:* Eligit vos Deus, ut sitis lectores in domo Dei nostri, et agnoscatis officium vestrum, et impleatis illud. Potens est enim Deus, ut augeat vobis gratiam. Qui [...] Deo Patri. *Z Dei]* fideliter administrant

<sup>7</sup> *S In margine interno: Super m[...]*

<sup>8</sup> *Z sint]* distincti atque ordinati et agenda dicant et dicta opere compleant et in utroque sanctæ Ec-

20. Tunc recedant lectores ordinati, et chorus cantet secundum graduale. Quo finito, surgens episcopus dicat: Oremus, et diaconus: Flectamus genua, Levate, et dicatur oratio tertia: Protector noster, aspice nos, Deus. Et legatur tertia prophetia. Qua finita, /88r/ vocet archidiaconus exorcistas ordinandos, ita:<sup>1</sup>

Ad ordinem exorcistarum electi · et ordinandi accedite.

## ORDO EXORCISTARUM<sup>2</sup>

21. Exorcistæ cum ordinantur, accipiant de manu episcopi libellum, id est officiale, in quo scripti sunt exorcismi, dicente illis episcopo:

Accipite et commendate memoriæ, et habetote potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos.<sup>3</sup>

22. Præfatio exorcistarum:

**D**EUM, Patrem omnipotentem, fratres carissimi, suppliciter<sup>4</sup> deprecemur, ut hos famulos suos, **N.**, benedicere dignetur in officium exorcistarum, ut sint spirituales medici,<sup>5</sup> ad abiiciendos dæmones de corporibus obsessis cum omni nequitia eorum multiformi, adiuvante Domino nostro.<sup>6</sup>

23. Benedictio eorundem: Oremus, et diaconus: Flectamus genua, Levate.

**D**OMINE, sancte /88r/ Pater, omnipotens, æterne Deus: benedicere dignare hos famulos in officium exorcistarum, ut per impositionem manuum et oris officium eos eligere digneris, ut potestatem et imperium habeant spiritum immundum coercendi,<sup>7</sup> et probabiles sint medici Ecclesiæ, gratia curationum et virtute [cælesti]<sup>8</sup> confirmati. Per.

clesiæ gratiam pro suis modulis spiritali devotione resonent

<sup>1</sup> *S In margine:* Exorcistæ.

<sup>2</sup> *S In summa pagina:* Exorcistam oportet abiicere dæmones, et vice [*malim* dicere] populo, qui non communicat, [ut] det locum, et aquam in ministerio fundere. *Alia manu:* Accipite potestatem imponendi manus super energumenos.

<sup>3</sup> *S In margine:* Hic character imprimitur exorcistæ. *Z et]* habete potestatem ... super energumenum sive baptizatum sive catechumenum

<sup>4</sup> *Z* supplices

<sup>5</sup> *Z* imperatores

<sup>6</sup> *Z add.* Iesu Christo qui cum eo vivit et regnat Deus per

<sup>7</sup> *S orig. corr. de* habeant] spirituum immundorum ad coercendum *Z* immundorum] coercendi

<sup>8</sup> *S orig. add. sed Z adhuc om.*



24. Tunc recedant exorcistæ ordinati, et chorus cantet tertium graduale. Quo finito, surgens episcopus dicat: Oremus, et diaconus: Flectamus genua, Levate, et dicatur quarta oratio: Preces populi tui, et legatur prophetia quarta. Qua finita, vocet archidiaconus acolythos ordinandos ita:<sup>1</sup>

Ad ordinem acolythorum electi · et ordinandi, accedite.

## ORDO ACOLYTHORUM<sup>2</sup>

25. Acolythi cum ordinantur, primum ab episcopo doceantur, qualiter in officio suo agere debeant. Et /89<sup>v</sup>/ accipiant ab eo · ceroferarium cum cereo, dicente sibi:

Accipite ceroferarium cum cereo, ut sciatis vos ad accendenda luminaria ecclesiæ mancipari.<sup>3</sup>

26. Deinde accipiant urceolum vacuum ab episcopo, dicente illis:

Accipite urceolum, ad suggerendum vinum et aquam in Eucharistiam sanguinis Christi.

27. Præfatio acolythorum:

**D**EUM, Patrem omnipotentem, fratres carissimi, suppliciter deprecemur, ut hos famulos suos benedicere dignetur in ordinem acolythorum, quatenus, lumen visibile præferentes manibus,<sup>4</sup> lumen quoque spiritale moribus præbeant.<sup>5</sup>

28. Benedictio eorundem: Oremus, et diaconus: Flectamus genua, Levate.

**D**OMINE, sancte Pater, omnipotens, æterne Deus, qui ad Moysen et Aaron locutus es, ut accenderentur lucernæ in tabernaculo testimonii: benedicere et sanctificare dignare hos famulos tuos, **N.**, ut sint acolythi in Ecclesia tua.

29. [Alia oratio:]

**D**OMINE, sancte Pater, omnipotens, æterne Deus, qui per /89<sup>v</sup>/ Iesum Christum, Filium tuum, et apostolos eius in mundum hunc claritatis [tuæ]<sup>6</sup> misisti, quique, ut mortis nostræ antiquum aboleret<sup>7</sup> chirographum, gloriosissimæ Crucis vexillo affigi, ac sanguinem et aquam ex latere illius pro salute humani generis effluere voluisti:<sup>8</sup> benedicere dignare hos famulos tuos in officium acolythorum, ut ad accendendum Ecclesiæ tuæ lumen, et ad suggerendum vinum et aquam ad conficiendum

<sup>1</sup> S *In margine: Acolythi.*

<sup>2</sup> S *In ima pagina: Admonitio:* Acolythum oportet ceroferarium ferre, et luminaria accendere, et vinum et aquam ad Eucharistiam ministrare. *Alia manu:* Studete officium vestrum implere.

<sup>3</sup> S *In margine: Hic character imprimitur acolytho.* Z accendenda] ecclesiæ luminaria mancipari

<sup>4</sup> Z visibile] manibus præferentes

<sup>5</sup> Z *add.* adiuvente Domino nostro Iesu Christo qui cum eo vivit

<sup>6</sup> S *orig. add.* Z in] hunc mundum lumen claritatis

<sup>7</sup> S *Cum accentu in syllaba pænultima.*

<sup>8</sup> Z affigi] voluisti et pati et per apostolos in hoc sæculo lumen gratiæ spiritalis misisti

sanguinem Christi, Filii tui, in offerenda Eucharistia<sup>1</sup> sanctis altaribus tuis fideliter subministrent. Accende, Domine, eorum mentes<sup>2</sup> et corda ad amorem gratiæ tuæ, ut, illuminati vultu splendoris tui, fideliter tibi in sancta Ecclesia deserviant. Per.

30. [Alia oratio:]

**O**MNIPOTENS, sempiternus Deus, fons lucis · et origo bonitatis, qui per Iesum Christum, Filium tuum, lumen verum, mundum illuminasti, eiusque passionis mysterio redemisti: benedicere dignare hos famulos tuos, **N.**, quos in officium acolythorum consecramus, poscentes clementiam tuam, ut /90<sup>v</sup>/ eorum mentes et lumine scientiæ illustres, et pietatis tuæ rore irriges, ut ita perceptum ministerium peragant, te auxiliante,<sup>3</sup> quatenus ad æternam remunerationem pervenire mereantur. Per.

31. Tunc recedant acolythi ordinati, et chorus cantet quartum graduale. Quo finito, surgens episcopus dicat: Oremus, et diaconus: Flectamus genua, Levate, et dicatur oratio quinta: Actiones nostras, et legatur [per acolythum tunc ordinatum]<sup>4</sup> quinta lectio Danielis prophetæ, id est: Angelus Domini descendit. Qua finita, tres pueri cantent alta voce hymnum trium puerorum, hoc modo: *Benedictus es, Domine, Deus Patrum nostrorum, et respondeat chorus: Et laudabilis et gloriosus. Et benedictum nomen, Et laudabile. Benedictus es in templo, Et laudabilis.* His tribus versibus finitis, sileat chorus, et vocentur ab archidiacono subdiaconi ordinandi, ita:

Ad ordinem subdiaconorum electi · et ordinandi, accedite.<sup>5</sup>

### ORDO SUBDIACONORUM<sup>6</sup>

32. Subdiaconi /90<sup>v</sup>/ cum ordinantur,<sup>7</sup> quia manus impositionem non accipiunt, patenam de manu episcopi accipiant vacuum · et calicem vacuum, dicente illis episcopo:

Videte, cuius ministerium<sup>8</sup> vobis traditur, et ideo, si usque nunc fuistis tardi ad Ecclesiam, amodo debetis esse assidui. Si usque nunc somnolenti, amodo vigiles. Si usque

<sup>1</sup> Z in] offerendo Eucharistiam

<sup>2</sup> Z Domine] mentes eorum

<sup>3</sup> Z in] acolythorum officium consecramus poscentes tuam clementiam ut eorum mentes et lumine tuæ scientiæ illustres et pietatis tuæ rore irriges ut ita perceptum ministerium te auxiliante peragant

<sup>4</sup> S orig. add.

<sup>5</sup> S In margine: Subdiaconi.

<sup>6</sup> S In ima pagina: Admonitio: Subdiaconum oportet præparare aquam ad ministrationem altaris, et ministrare diacono.

<sup>7</sup> S In margine: Admonitio: Oblationes, quæ veniunt ad altare, panes propositionis appellantur. De ipsis oblationibus tantum debet in altari poni, quantum populo possit sufficere, ne aliquid putrendum in sacrario remaneat. Pallæ vero, quæ sunt in substratorio altaris, in alio vase debent lavari, in alio corporales pallæ. «Ubi autem corporales pallæ lotæ fuerunt» [orig. del.] Ubi autem corporales pallæ lotæ fuerunt, nullum aliud linteamen ibidem debet lavari. Ipsa aqua in baptisterium debet mergi. Ideo admo-  
neo, ut vos exhibeatis ita, ut Deo placere possitis.

<sup>8</sup> Z mysterium

nunc ebriosi, amodo sobrii. Si usque nunc fuistis aliquo vitio polluti, amodo puri debetis esse et casti.<sup>1</sup> Ideo vos admoneo,<sup>2</sup> ut vos ita exhibeatis, ut Deo placere possitis.<sup>3</sup>

33. Postea vero accipiant de manu archidiaconi urceolum cum aqua et manili · ac manutergio.

34. Præfatio subdiaconorum:

**O**REMUS Deum · ac Dominum nostrum, fratres carissimi, ut super hos famulos<sup>4</sup> suos, **N.**, quos ad subdiaconatus officium vocare dignatus est, infundat benedictionem et gratiam suam,<sup>5</sup> ut, in conspectu suo<sup>6</sup> fideliter servientes, prædestinata sanctorum præmia consequantur, auxiliante Domino nostro.<sup>7</sup>

35. Benedictio eorum: *Oratio:* Oremus, *et diaconus:* /91'/ Flectamus genua, Levate.

**D**OMINE, sancte Pater, omnipotens, æterne Deus: benedicere dignare hos famulos tuos, **N.**, quos ad subdiaconatus officium eligere dignatus es, ut eos in sacramento tuo sancto strenuos sollicitosque cælestis militiæ instituas ministros, ut sanctis<sup>8</sup> altaribus fideliter subministrent, et requiescat super eos Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis, et reple eos Spiritu timoris tui, ut<sup>9</sup> eos ministerio divino confirmes, ut, obœdientes facto · atque dicto parentes, tuam gratiam consequantur. Per ... in unitate eiusdem.<sup>10</sup>

36. Tunc recedant subdiaconi ordinati, et prædicti tres pueri dicant quartum versum de præfato hymno, ita: *Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Respondeat chorus: Et laudabilis.* Sicque finiat totus hymnus. Dum autem sextus versus illius hymni a pueris cantatur, clerus incipiat chorum intrare, et ita /91'/ ordinate, ut, quando pueri cantant, clerus procedat tacendo, stando vero respondeat: *Et laudabilis, et quando cantatur: Gloria Patri, ultimus omnium metropolitanus, chorum ingrediens, introeat ad sancta sanctorum. Finito hymno, dominus pontifex versus ad populum dicat: Pax vobiscum, et dicat sine Flectamus genua sextam orationem: Deus, qui tribus pueris. Et legatur epistola a nuper consecrato subdiacono. Qua finita, vocentur ab archidiacono ordinandi diaconi, ita:*

Ad ordinem diaconorum electi et ordinandi, accedite.

<sup>1</sup> **Z** nunc] incesti amodo casti

<sup>2</sup> **Z** commoneo

<sup>3</sup> **S** *In margine:* Hic character imprimitur subdiacono.

<sup>4</sup> **Z** servos

<sup>5</sup> **Z** benedictionem] suam et gratiam

<sup>6</sup> **Z** eius

<sup>7</sup> **Z** *add.* Iesu Christo qui cum eo vivit et regnat Deus per infinita sæcula sæculorum

<sup>8</sup> **Z** ministros] sanctisque

<sup>9</sup> **Z** et] repleas eos Spiritu timoris et

<sup>10</sup> **S** *Super conclusionem inseritur: Post hæc tradatur eis manipulum. In margine: Hic dentur eis manipuli ab episcopo [...]: Iniectione [...] manipuli sub[...] te deprecor, Domine, ut hi famuli tui sic operentur in temporali [...], quatenus · ex priorum [...], in futuro mereantur per[...] [...]dere. Alia manu: Accipe manipulum, imple ministerium tuum [...] In ima pagina: Dum tradat eis tunicam, dicens: Indue, Domine, famulos tuos tunica iustitiæ et innocentiae, ut ad vitæ æternæ fructum congaudeant pervenire. Per.*

### ORDO DIACONORUM<sup>1</sup>

37. Diaconi cum ordinantur, solus episcopus, qui eos benedicit, manum super capita illorum ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecrantur. Præfatio diaconorum:

**O**REMUS, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, **N.**, quos ad officium diaconatus dignatur assumere,<sup>2</sup> benedictionis suæ gratiam /92ʹ/ clementer effundat, eisque donum consecrationis indulgeat, per quod eos ad æterna præmia perducat.<sup>3</sup>

38. *Benedictio eorundem:* Oremus, et diaconus: Flectamus genua, Levate.

**E**XAUDI, Domine, preces nostras, et super hos famulos tuos, **N.**, spiritum tuæ benedictionis emitte, ut, cælesti munere ditati, et tuæ gratiam maiestatis<sup>4</sup> possint acquirere, et bene vivendi aliis exemplum præbere. Per ... in unitate eiusdem Spiritus Sancti ... per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

39. Dominus vobiscum. [R.] Et cum spiritu tuo. Sursum corda. [R.] Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino, Deo nostro. [R.] Dignum et iustum est.

**U**sque æterne Deus. Honorum dator · ordinumque distributor · et<sup>5</sup> officiorum dispositor, qui, in te manens, innovas omnia, et cuncta disponis · per verbum et virtutem sapientiamque<sup>6</sup> tuam, Iesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum, sempiterna providentia præparans, et in singulis quibusque temporibus aptanda dispensans,<sup>7</sup> cuius corpus, /92ʹ/ Ecclesiam videlicet tuam, cælestium gratiarum varietate distinctam, suorumque connexam distinctione membrorum, per legem mirabilem, totius fidei compagibus unitam,<sup>8</sup> in augmentum templi tui crescere dilatarique largiris, sacri muneris servitutem in<sup>9</sup> trinis gradibus ministrorum nomini tuo militare constituens, electis ab initio Levi<sup>10</sup> filiis, qui, in mysticis operationibus domus tuæ fidelibus excubiis permanentes, hereditatem benedictionis æternæ sorte perpetua possiderent: super hos quoque famulos tuos, quæsumus, Domine, placatus<sup>11</sup> in-

<sup>1</sup> **S** *In margine: Admonitio:* Diaconum oportet ministrare ad altare, et baptizare, et prædicare. *Alia manu:* Auxiliante Domino [Deo] et Salvatore nostro etc.

<sup>2</sup> **Z** diaconatus] assumere dignatus est

<sup>3</sup> **Z** effundat] et consecrationis indultæ propitius dona conservet et preces nostras clementer exaudiat ut quæ nostro gerenda sunt ministerio suo benignus prosequatur auxilio et quos sacris mysteriis exsequendis pro nostra intelligentia credimus offerendis sua electione iustificet per unicum Filium suum Dominum nostrum qui cum eo vivit et gloriatur Deus

<sup>4</sup> **Z** tuæ] maiestatis gratiam

<sup>5</sup> **Z** ac

<sup>6</sup> **Z** sapientiam

<sup>7</sup> **Z** dispensas

<sup>8</sup> **S** *Cum accentu in syllaba pænultima.* **Z** totius] compaginis unitam

<sup>9</sup> **Z** om.

<sup>10</sup> **S** *Cum accentu in syllaba ultima iuxta Hebræam.*

<sup>11</sup> **Z** hos] quæsumus Domine famulos tuos placatus

tende, quos, tuis sacrariis servituros, in officium diaconii suppliciter dedicamus. Et nos quidem, tamquam homines, divini sensus et summæ rationis ignari, horum vitam, quantum possumus, æstimamus, te autem, Domine, ea, quæ nobis sunt ignota, non transeunt, te occulta non fallunt, tu cognitor es secretorum, tu scrutator es cordium, tu illorum<sup>1</sup> vitam cælesti poteris /93'/ examinare iudicio, quo semper prævalet et commissa purgare, et ea, quæ sunt agenda, concedere.<sup>2</sup> Emitte in eos, quæsumus, Domine, Spiritum Sanctum, quo, in opus ministerii fideliter exsequendi, septiformis tuæ gratiæ<sup>3</sup> munere roborentur. Abundet in eis totius forma virtutis, auctoritas modesta, pudor constans, innocentia puritas · et spiritalis observantia disciplinæ. In moribus eorum præcepta tua fulgeant, ut in illorum castitatis exemplo imitationem sancta plebs acquirat,<sup>4</sup> et, bonum conscientia testimonium proferentes, in Christo firmi et stabiles perseverent, dignisque successibus · de inferiori gradu per gratiam tuam capere potiora mereantur. Per eundem ... in unitate eiusdem.

40. Quando episcopus diacono stolam imponat, dicat:

Accipe stolam tuam, imple ministerium tuum, potens est enim [Deus],<sup>5</sup> ut augeat tibi gratiam. Qui vivit et regnat cum [Deo] Patre in unitate.

41. Tunc det eis evangelium dicens:

Accipite potestatem legendi evangelium /93'/ in ecclesia Dei, tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Dei.<sup>6</sup>

42. Allocutio:

**C**OMMUNE votum communis oratio prosequatur, ut hi totius Ecclesiæ prece, qui in diaconatus ministerium præparantur, ordine leviticæ benedictionis<sup>7</sup> clarescant, et, spiritali conversatione præfulgentes, gratia sanctificationis eluceant. Præstante.<sup>8</sup>

43. Benedictio:

**D**OMINE, sancte Pater, fidei, spei, gratiæ · profectuumque remunerator, qui cælestibus et terrenis ministris,<sup>9</sup> ubique dispositis, per omnia elementa virtutis<sup>10</sup> tuæ

<sup>1</sup> Z eorum

<sup>2</sup> S *In summa pagina*: Accipite Spiritum Sanctum ad robur et resistendum diabolo et tentationibus eius. *Hic character imprimitur diacono, et manus impo[...] unicuique.*

<sup>3</sup> Z septiformis] gratiæ tuæ

<sup>4</sup> Z ut] suæ castitatis exemplo imitationem sanctæ plebis acquirant

<sup>5</sup> S *orig. add., cf. Z*

<sup>6</sup> S *In margine pagine prioris*: *Hic character imprimitur secundum aliquos.*

<sup>7</sup> Z diaconatus] ministerio præparantur leviticæ benedictionis ordine

<sup>8</sup> Z *add.* largiente Domino nostro Iesu Christo qui vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum amen

<sup>9</sup> Z Domine] sanctæ spei fidei gratiæ et profectuum munerator qui ... angelorum ministeriis

<sup>10</sup> Z voluntatis

diffundis effectum: hos famulos tuos, **N.**, propitius dignare aspicere,<sup>1</sup> ut, tuis obsequiis coadunati,<sup>2</sup> sanctis altaribus ministri puri accrescant, et, indulgentia puriores, eorum gradu, quos apostoli tui in septenario numero, beato Stephano duce atque prævio · Sanctoque<sup>3</sup> Spiritu auctore, elegerunt, digni existant, et virtutibus universis, quibus tibi servire oportet, instructi, complacent. Per ... in unitate eiusdem.<sup>4</sup> /94f/5

44. Cum vero consecrati fuerint, induantur dalmatica,<sup>6</sup> et dent osculum episcopo et sacerdotibus, et stent ad dexteram episcopi, chorus autem cantet tractum: *Laudate Dominum*. Quo finito, unus ex nuper consecratis diaconibus, non dalmatica indutus, sed casula coopertus, legat evangelium. Post evangelium vero dicat episcopus: Dominus vobiscum,<sup>7</sup> et offerenda non dicatur, sed vocentur ab archidiacono presbyteri ordinandi, ita:

Ad ordinem presbyterorum electi · et ordinandi, accedite.<sup>8</sup>

### ORDO PRESBYTERORUM

45. Parato electo, qui presbyter ordinandus est, diaconi more cum orario, præsentent eum, atque ducant duo diaconi usque ad presbyteros, et duo presbyteri ducant eum ad sedem pontificis, sicque omnes electi manuatim a duobus presbyteris ad sedem pontificis deducantur, et, stantes ante episcopum, humiliter dicant presbyteri:

Postulat mater Ecclesia catholica, ut hos præsentés diaconos ad onus presbyterorum<sup>9</sup> ordinetis.

46. Pontifex autem interroget /94f/ presbyteros, dicens: Sunt<sup>10</sup> digni?

Respondeant presbyteri: Digni.<sup>11</sup>

Iterum episcopus: Sunt iusti?

<sup>1</sup> Z hos] quoque famulos tuos speciali dignare illustrare effectum

<sup>2</sup> Z expediti

<sup>3</sup> Z Sancto

<sup>4</sup> S *In margine: Dum ponit dalmaticam. In margine interno: Indue, Domine etc. In ima pagina: Da, Domine, famulis tuis, ut per sanctæ Crucis virtutem, quæ designatur per istius habitus speciem, et per mysticam commemorationem dominicæ passionis · tibi, Deo Patri omnipotenti acceptabiles hostiæ semper fieri mereantur. Per eundem.*

<sup>5</sup> S *In summa pagina sequenti: Benedictio Dei Patris · omnipotentis · et Filii et Spiritus Sancti descendat super vos, ut sitis benedicti in ordine diaconatus, ad serviendum omnipotenti Deo, cui est honor et gloria per omnia sæcula sæculorum. Amen.*

<sup>6</sup> S *In margine: Dum ponit dalmaticam: Indue, Domine, famulos tuos vestimento salutis et indumento iustitiæ, ut ad vitæ æternæ [...] congaudeant pervenire.*

<sup>7</sup> S *orig. del. (rasura)*

<sup>8</sup> S *In margine: Deinde dicantur litanie, prosternente se episcopo ante altare, et cum eo presbyteri ordinandi, et inseratur versus iste: Ut hos præsentés famulos tuos, ad ordinem presbyterii electos, tua sancta benedictione consecrare digneris, te rogamus.*

<sup>9</sup> Z Postulat] hæc sancta mater ecclesia ... onus presbyterii

<sup>10</sup> S Sint

<sup>11</sup> Z Digni sunt

Respondeant presbyteri: Iusti.<sup>1</sup>

47. Postquam episcopus ter ita interrogaverit, et presbyteri ter responderint, tunc dicat episcopus:

Faciat illos Deus semper in servitio suo dignos et iustos permanere.<sup>2</sup> R. Amen.

48. Deinde interroget episcopus electos, dicens:

Vultis presbyterii gradum in nomine Domini accipere?

Respondeant: Volumus.

Interroget: Vultis in eodem gradu, quantum praevalentis et intelligitis, secundum cano-  
num sanctiones iugiter manere<sup>3</sup>?

Respondeant: Volumus.

Vultis episcopo vestro, ad cuius parochiam ordinandi estis, obœdientes et consentien-  
tes esse secundum iustitiam et ministerium vestrum?

Respondeant: Volumus, et hoc Deo et sanctis eius in præsenti ita<sup>4</sup> promittimus, prout  
scimus et implere valemus.<sup>5</sup>

49. Tunc episcopus ponat manum super capita electorum, et similiter omnes presbyteri, qui assunt,  
manus suas iuxta manum episcopi super capita eorum teneant, et episcopus dicat orationem super eos.

50. Præfatio presbyterorum:

**O**REMUS, dilectissimi fratres,<sup>6</sup> Deum Patrem /95/ omnipotentem, ut super hos fa-  
mulos suos, **N.**, quos ad presbyterii munus elegit, dona cælestia<sup>7</sup> multiplicet, et,  
quod eius dignatione suscipiunt, ipsius consequantur auxilio. Per.

51. Consecratio presbyterorum: Oremus, et diaconus: Flectamus genua, Levate.

**E**XAUDI nos, quæsumus, Domine, Deus noster, et super hos famulos tuos be-  
nedictionem Sancti Spiritus · et gratiæ sacerdotalis effunde<sup>8</sup> virtutem, ut, quos tuæ  
pietatis aspectibus offerimus conse-  
crandos, perpetuam muneris tui largitatem con-  
sequantur.<sup>9</sup> Per ... in unitate eiusdem ... per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

52. Dominus vobiscum. [R.] Et cum spiritu tuo. Sursum corda. [R.] Habemus ad Dominum.  
Gratias agamus Domino, Deo nostro. [R.] Dignum et iustum est.

<sup>1</sup> Z Iusti sunt

<sup>2</sup> Z in] suo servitio dignos et iustos manere

<sup>3</sup> Z permanere

<sup>4</sup> Z eius] ita in præsenti

<sup>5</sup> S *In margine:* ita nos Deus adiuvet et sancti eius.

<sup>6</sup> Z *om.*

<sup>7</sup> Z elegit] cælestia dona

<sup>8</sup> Z gratiæ] spiritualis infunde

<sup>9</sup> Z consecrandos] perpetua muneris tui largitate prosequaris

**U**... æterne Deus. Honorum auctor et distributor omnium dignitatum, per quem cuncta proficiunt, per quem universa firmantur, amplificatis semper in melius naturæ rationalis incrementis, per ordinem congrua ratione dispositis.<sup>1</sup> Unde et sacerdotales gradus atque officia levitarum · sacramentis mysticis instituta, /95'/ creverunt, ut, cum pontifices summos regendis populis præfecisses, ad eorum societatis et operis adiumentum · sequentis ordinis viros et secundæ dignitatis eligeres. Sic et<sup>2</sup> in eremo per septuaginta virorum prudentium mentes Moysi spiritum propagasti, quibus ille adiutoribus usus in populo, innumerabiles multitudines facile gubernabat. Sic in Eleazarum et Ithamarum, filios<sup>3</sup> Aaron, paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti, ut ad hostias salutes et frequentioris<sup>4</sup> officii sacramenta · ministerium sufficeret sacerdotum. Hac<sup>5</sup> providentia, Domine, apostolis Filii tui doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis prædicatoribus<sup>6</sup> impleverunt. Quapropter infirmitati nostræ,<sup>7</sup> Domine, quæsumus, hæc adiumenta largire, qui, quanto magis<sup>8</sup> fragiliores sumus, tanto his pluribus indigemus. Da, quæsumus, omnipotens Pater, in hos famulos tuos presbyterii dignitatem, et innova in visceribus eorum Spiritum veritatis et sanctitatis,<sup>9</sup> ut acceptum a te, Deus, secundi /96'/ meriti munus obtineant, censuramque morum exemplo suæ conversationis insinuent. Sint providi cooperatores ordinis nostri, et<sup>10</sup> eluceat in eis totius forma iustitiæ, ut, bonam rationem dispensationis sibi creditæ reddituri, æternæ beatitudinis præmia consequantur. Per ... in unitate eiusdem Spiritus Sancti.

53. Tunc reflectat stolam super humerum uniuscuiusque dextrum, dicens ad eum:

Accipe iugum Domini, iugum enim eius suave est, et onus eius leve. Stola innocentiae induat te Dominus.

54. Dansque ei casulam dicat:

Accipe vestem sacerdotalem, per quam caritas intelligitur, potens est enim<sup>11</sup> Deus, ut augeat tibi caritatem et opus<sup>12</sup> perfectum, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

<sup>1</sup> Z dignitatum per quem] proficiunt universa per quem cuncta firmantur ... ratione dispositum

<sup>2</sup> Z om.

<sup>3</sup> Z facile] gubernavit. Sic Eleazaro et Ithamaro filios

<sup>4</sup> Z frequentiora

<sup>5</sup> S orig. corr. de ac cf. Z

<sup>6</sup> Z addidisti] cum quibus illi orbem totum secundis prædicationibus

<sup>7</sup> Z infirmitati] quoque nostræ

<sup>8</sup> Z om.

<sup>9</sup> Z dignitatem] innova ... Spiritum sanctitatis

<sup>10</sup> Z om.

<sup>11</sup> S potens] enim est

<sup>12</sup> Z et] omne opus



## 55. Allocutio ad populum:

**S**IT nobis, fratres, communis oratio, ut hi,<sup>1</sup> qui in adiutorium et utilitatem nostræ salutis eliguntur, presbyteratus bene ✠ dictionem divini muneris indulgentia<sup>2</sup> consequantur, et ut Sancti Spiritus ✠ gratia sacerdotalia dona privilegio virtutum, ne impa/96/res loco deprehendantur, obtineant.<sup>3</sup>

## 56. Item, consecratio eorum:

**D**EUS, sanctificationum omnium auctor, cuius vera consec ✠ ratio, cuius plena<sup>4</sup> be ✠ neditio est: tu, Domine, super hos famulos tuos, quos presbyterii honore dedicamus, munus tuæ benedi ✠ ctionis infunde, ut gravitate actuum et censura vivendi præbeant<sup>5</sup> se esse seniores, his instituti disciplinis, quas Tito et Timotheo Paulus exposuit, ut, in lege tua die ac nocte iugiter<sup>6</sup> meditantes, quod legerint, credant, quod crediderint, doceant, quod docuerint, imitentur; iustitiam, constantiam, misericordiam, fortitudinem in se ostendant, et, quod exemplo præbuerint,<sup>7</sup> admonitione confirment, ut purum et immaculatum<sup>8</sup> ministerii sui donum custodiant, et per obsequium plebis tuæ panem et vinum in corpus et sanguinem Filii tui immaculata ben ✠ edictione transforment, et inviolabili caritate in virum perfectum · in<sup>9</sup> mensuram ætatis plenitudinis Christi · in die iusti et æterni iudicii Dei · con/97/scientia pura, fide perfecta,<sup>10</sup> Spiritu Sancto pleni persolvant. Per eundem ... in unitate.<sup>11</sup>

## 57. Expletis autem benedictionibus, accipiens episcopus oleum sanctum, faciat crucem in manus singulorum, dicens hanc orationem:

**C**ONSECRARE et sanctificare dignare,<sup>12</sup> Domine, manus istas per istam unctionem et nostram benedictionem, ut, quæ consecraverint, consecrentur,<sup>13</sup> et, quæcumque benedixerint, benedicantur et sanctificentur in nomine Domini nostri, Iesu Christi. **Respondeant:** Amen.<sup>14</sup>

<sup>1</sup> **Z** his

<sup>2</sup> **Z** eliguntur] presbyteri benedictionem divini indulgentia muneris

<sup>3</sup> **Z** add. Per Dominum ... in unitate eiusdem Spiritus Sancti Deus per

<sup>4</sup> **Z** consecratio] plenaque

<sup>5</sup> **Z** vivendi] semper præbeant

<sup>6</sup> **Z** omni tempore

<sup>7</sup> **Z** præbent

<sup>8</sup> **Z** exemplo] præbent admonitione confirmant ac purum atque immaculatum

<sup>9</sup> **Z** perfectum] sanctum ac iustum

<sup>10</sup> **Z** iudicii] conscientia pure fide plena

<sup>11</sup> **S** *In margine:* Antiphona: Accipite Spiritum Sanctum etc. Hymnus: Veni, creator Spiritus etc. Responsorium: Veni, Spiritus alme.

<sup>12</sup> **Z** digneris

<sup>13</sup> **S** consecrantur

<sup>14</sup> **S** *In summa pagina sequenti:* Accipiat episcopus manus illorum unctas inter manus suas, et interroget unumquemque, dicens: Promittis mihi et successoribus meis obœdientiam et reverentiam Domino? **R.** Promitto.

58. Hoc facto, accipiens patenam cum oblatiis · et calicem cum vino, det singulis, dicens ad eos lenta voce:

Accipite potestatem offerre sacrificium Deo, missamque celebrare · tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Domini.

59. Sequitur ultima benedictio:

**B**ENEDICTIO Dei Patris · et Filii · et Spiritus Sancti descendat super vos, ut sitis benedicti in ordinem sacerdotalem, offerentes<sup>1</sup> placabiles hostias pro peccatis atque offensionibus populi omnipotenti Deo, cui est honor · et gloria · in<sup>2</sup> /97/ sæcula sæculorum. *Respondent:* Amen.

60. Tunc osculetur singulos, dicens:

Pax Domini sit semper vobiscum R. Et cum spiritu tuo.<sup>3</sup>

61. Tunc accedat ad altare, et, versus ad populum, dicat: Dominus vobiscum, et: Oremus. Postea cantetur offerenda, et omnes, qui ibi ordinati sunt, oblationes deferant ad manus episcopi. Presbyteri quoque, qui ordinati sunt, una cum episcopo altari assistant, et, quando episcopus Eucharistiam benedixerit, et ipsi benedicant, et, antequam benedictiones episcopales super populum fiant, non recedant. Sicque finiatur missa ordine suo.<sup>4</sup> /98/

<sup>1</sup> Z in] ordine sacerdotali et offeratis

<sup>2</sup> Z per omnia

<sup>3</sup> S *In margine:* Tunc tradat in manus eorum singulas candelas, dicens responsorium: Sint lumbi.

<sup>4</sup> S *add. in ima pagina:*

**Ad consecrandum altare** Dicatur oratio: Virtutum cælestium. Et sequitur litania. Et post sequitur ter: Deus, in adiutorium cum Gloria Patri. Et statim consecratur aqua, sal, cinis et vinum. Et post statim fiat cum illa aqua sancta crux in medio altaris et per quattuor cornua altaris, dicens: Sanctificetur hoc altare. Et aspergat cum illa aqua septem vicibus, cantando: Asperges me, Domine. Et post dicat psalmum: Iudica me, Deus, et abluatur altare, et extergatur cum linteo. Et post deferatur incensum super altare, cantando: Dirigatur oratio mea. Et post ungitur altare cum oleo sancto prima vice, dicendo formam verborum, et cantetur: Exerit Iacob lapidem cum psalmo: Quam dilecta. Secunda vice ungitur oleo sancto, et cantetur: Mane surgens Iacob Ps. Fundamenta eius. Tertia vice ungitur oleo sancto, et cantetur: Ædificavit Moyses altare Ps. Domine, refugium. Hoc facto, ungit cum chrismate sacro eadem loca tantum semel, et cantetur: Unxit te Deus oleo lætitiæ Ps. Eructavit cor meum. Et post statim offerat incensum super altare. Sequitur præfatio altaris: Dei Patris omnipotentis misericordiam. Et post ungit lapidem primo oleo sancto, et post chrismate sacro, dicendo formam verborum; cantetur: Confirma hoc, Deus. Et sequitur præfatio: Qui post offendicula lapsus. Et post fiat [...] ad [...], et osculetur reliquias illas. Deinde, velato pontifice ante altare, imponat [...] partes decore Domini (?). Post tamen inungat fossam altaris chrismate sacro. Et post reliquias sanctas imponat, et calce liniat, et ultimo sacro chrismate confirmat illum locum, et canitur: Isti sunt sancti, qui pro testamento Dei. Et dicat orationes ultimas: Descendat, quæsumus, Domine etc.

## IV. Ordo ad dedicandam ecclesiam

1.

SZ

Primum venit episcopus, vestitus vestimentis sacris, similiter et clerus ad tentorium, in quo reliquiæ præterita nocte cum vigiliis fuerunt, et dicat pontifex: Oremus.

**V**IRTUTUM cælestium Deus, de cuius gratiæ rore descendit, ut ad mysteria<sup>1</sup> tua, purgatis sensibus, accedamus: præsta, quæsumus, ut, in eorum traditione<sup>2</sup> sollempniter celebranda, tibi placitum deferamus obsequium. Per.

2. Et fiant ibi litanæ.

### [BENEDICTIO MINOR SALIS ET AQUÆ]

3. Sequitur exorcismus salis:

**E**XORCIZO te, creatura salis, per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, per Deum, qui te per Elisæum prophetam in aquam mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquæ, ut efficiaris sal exorcizatum · in salutem credentium, et sis omnibus, te sumentibus, sanitas animæ et corporis, et effugiat atque discedat ab eo loco, quo aspersum fueris,<sup>3</sup> omnis phantasia · et nequitia · vel versutia diabolicæ fraudis, omnis<sup>4</sup> spiritus immundus adiuratus. Per eum, qui vivit.

4. Benedictio salis: Oremus.

**I**MMENSAM clementiam tuam, omnipotens, æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis /987/ humani tribuisti, benedicere · et sanctificare tua<sup>5</sup> pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis, et, quicquid <ex><sup>6</sup> eo tactum vel aspersum fuerit, careat omni immunditia omnique impugnatione spiritualis nequitia. Per virtutem Domini nostri, Iesu Christi.<sup>7</sup>

5. Benedictio<sup>8</sup> aquæ:

**E**XORCIZO te, creatura aquæ, in nomine Dei Patris omnipotentis, et in nomine Iesu Christi, Filii eius, Domini nostri, et in virtute Spiritus Sancti, ut fias aqua exorcizata, ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare et explantare<sup>1</sup> cum angelis suis apostaticis. Per virtutem<sup>2</sup> Domini nostri.

<sup>1</sup> Z cuius] rore gratiæ descendit ut ad ministeria

<sup>2</sup> S traditione

<sup>3</sup> Z loco] in quo aspersum fuerit

<sup>4</sup> Z omnisque

<sup>5</sup> Z sanctificare] pro tua

<sup>6</sup> S orig. del., sed adest in Z

<sup>7</sup> Z Per] eundem

<sup>8</sup> Malim Exorcismus

6. *Benedictio aquæ:*

**D**EUS, qui ad salutem humani generis maxima<sup>3</sup> quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto invocationibus nostris, et elemento huic, multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis infunde, ut creatura tua, mysteriis tuis serviens,<sup>4</sup> ad abiiciendos dæmones · morbosque pellendos, divinæ gratiæ sumat effectum, ut, quicquid in domibus vel in locis fidelium hæc unda resperserit, careat immunditia, liberetur a noxa, non illic resi/99/deat spiritus pestilens, non aura corrumpens. Discedant omnes insidiæ latentis inimici, et, si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat, ut salubritas, per invocationem sancti<sup>5</sup> tui nominis expetita, ab omni sit impugnatione defensa. Per virtutem Domini nostri.

7. *Hic mittatur sal in aquam:*

Fiat commixtio et consecratio<sup>6</sup> salis et aquæ pariter · in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

8. *Benedictio salis et aquæ:*

**D**EUS, invictæ virtutis auctor et insuperabilis imperii rex · ac semper magnificus triumphator, qui adversæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sævitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas: te, Domine, trementes ac supplices deprecamur ac petimus, ut creaturam hanc salis et aquæ · dignanter accipias,<sup>7</sup> benignus illustres, pietatis tuæ more<sup>8</sup> sanctifices, ut, ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis omnis infestatio immundi spiritus procul pellatur, terrorque venenosi serpentis abiiciatur,<sup>9</sup> et præsentia Sancti Spiritus nobis, misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per.<sup>10</sup> /99/

9. *Tunc det orationem hanc ante tentorium:*<sup>11</sup>

**A**UFER a nobis, quæsumus, Domine, iniquitates nostras, ut ad sancta sanctorum puris mentibus introire mereamur.<sup>12</sup> Per.

<sup>1</sup> *Z add. in margine:* explantare] valeas

<sup>2</sup> *Z add.* virtutem] eiusdem

<sup>3</sup> *Z* maria

<sup>4</sup> *Z* creatura] mysterii tui tibi serviens

<sup>5</sup> *Z om.*

<sup>6</sup> *Z om.* commixtio] et consecratio

<sup>7</sup> *Z* ut] hanc creaturam salis et aquæ dignanter suscipias

<sup>8</sup> *Malim rore sed etiam H et Z* more (et sic plerique fontes Hungarici)

<sup>9</sup> *Z* spiritus] abiiciatur terrorque venenosi serpentis procul pellatur

<sup>10</sup> *Z add.* Per] in unitate eiusdem

<sup>11</sup> *S* *In margine:* Pro consecratione altaris. *Alia manu in summa pagina:* Primum dicitur.

<sup>12</sup> *Z* nobis] Domine quæsumus ... puris] mereamur mentibus introire

10. Item, aliam in ingressu tentorii dicat:

**F**AC nos, Domine, sanctorum tuorum tibi specialiter dicata membra contingere, quorum cupimus patrocinia incessanter habere.

11. Tunc elevent ipsas reliquias in feretro · cum honore et laudibus; cum cruce · et turibulis · ac luminaribus exeant, canendo · antiphonam:

*Surgite, sancti, de mansionibus vestris, loca, donec perveniat ad ostium ecclesiae.*

### [TRES CIRCUITUS CUM STATIONIBUS ANTE OSTIUM ECCLESIAE]

12. Prius vero, antequam introeat pontifex in ecclesiam, diaconus recludatur in ipsa, et illuminentur candelae duodecim per circuitum eius, stante episcopo una cum cetero clero pro<sup>1</sup> foribus ecclesiae, et imponant antiphonam:

*Tollite portas, principes, vestras Ps. Domini est terra.*<sup>2</sup>

13. Et circumeant ecclesiam, eandem antiphonam per singulos versus repetentes,<sup>3</sup> usquedum pontifex primo aqua benedicta aspergat forinsecus parietes ecclesiae. Tunc, veniens ante ostium, episcopus dicat: Oremus, et diaconus: Flectamus genua, postea: Levate.

**O**MNIPOTENS, sempiternae Deus, qui in omni loco dominationis tuae totus assistis, totus operaris: adesto supplicationibus nostris, et huius domus, cuius es fundator, esto protector; nulla hic nequitia contrariae potestatis obsistat, sed, virtute Spiritus Sancti operante, fiat hic tibi semper purum servitium · et devota libertas.

14. Hoc finito, accedat pontifex ad ostium, percutiens cum cambuca superliminare semel, et dicat verbum:

Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portae aeternales, et introibit rex gloriae.

Cui diaconus, deintus respondens, dicat: Quis est iste rex gloriae?

Econtrario pontifex, respondens, dicat: Dominus fortis, Dominus potens in proelio.

15. Et, recedens ab ostio, circumeat ipsam ecclesiam · cum clero, aquam spargendo, et responsorium cantando:

*In circuitu tuo, Domine.*<sup>4</sup>

<sup>1</sup> *Malim pra*

<sup>2</sup> *S In ima pagina: Primum (?) responsorium: Fundata [est] domus Domini super verticem montis [malim montium].*

<sup>3</sup> *S Super rubricam inseritur: Sine antiphona responsorium cantetur.*

<sup>4</sup> *S In margine: Responsorium secundum: Benedic, Domine <Domine> [diplographia], domum istam. Z add. V. Magnus Dominus.*

16. Tunc, iterum veniens ante ostium, dicat: Oremus, et diaconus: Flectamus genua, postea: Levate. Sequitur oratio:

**O**MNIPOTENS, sempiternae Deus, qui per Filium tuum, angularem scilicet lapidem, duos, e diverso venientes, ex circumcissione <videlicet<sup>1</sup> et præputio, parietes, duos<sup>2</sup> greges ovium sub uno eodemque pastore unisti: da famulis tuis · per hæc nostræ devotionis officia · indissolubile vinculum caritatis, ut nul/100<sup>v</sup>/la divisione mentium, nullaque perversitatis<sup>3</sup> varietate sequestrentur, quos sub unius regimine pastoris · unus grex continet, uniusque, te custode, ovilis septa concludunt. Per eundem.<sup>4</sup>

17. Post hæc accedens, percutiat superliminare secundo, dicens: Tollite portas.

Et diaconus: Quis est iste.

Et pontifex: Dominus fortis, Dominus potens.

18. Deinde circumeat iterum ecclesiam, aquam spargendo, et responsorium cantando:

*Fundata est domus Domini.*<sup>5</sup>

19. Et, cum venerit ante ostium, dicat: Oremus, et diaconus: Flectamus genua, postea: Levate. Sequitur oratio:<sup>6</sup>

**O**MNIPOTENS, sempiternae Deus, qui sacerdotibus tuis præ ceteris tantam gratiam contulisti, ut, quicquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur: quæsumus clementiam tuam, ut, quicquid visitaturi sumus, visites, quicquid benedicturi, benedicas,<sup>7</sup> sitque ad nostræ humilitatis introitum · sanctorum tuorum meritis · fuga dæmonum, angeli<sup>8</sup> pacis ingressus. Per.

20. Et tunc, accedens ad ostium, percutiat tertio superliminare ecclesiæ, dicens: Tollite portas.

Et diaconus: Quis est iste.

Respondet pontifex: Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ, adiiciens: /101<sup>v</sup>/ Aperi.

<sup>1</sup> S orig. del. (rasura) Z om.

<sup>2</sup> Z duosque

<sup>3</sup> Z orig. corr. in margine: diversitatis

<sup>4</sup> Z Per] Dominum nostrum

<sup>5</sup> S Super lineam superiorem inseritur: Tertium responsorium: Tu, Domine universorum, qui nullam habes. Z add. V. Benedic Domine.

<sup>6</sup> S In margine: Consecratio altaris.

<sup>7</sup> Z quæsumus] immensam clementiam tuam ut quod modo visitaturi sumus visites et quicquid benedicturi sumus benedicas

<sup>8</sup> Z orig. corr. angelicæ

## [INGRESSUS PONTIFICIS ET INSCRIPTIONES PER PAVIMENTUM]

21. Tunc statim, ostio aperto, intrans in ecclesiam, cum ministris duobus vel tribus, cum mansionario et acolytho:

*Pax huic domui et omnibus.*

22. Et clauditur ostium ecclesiæ. Deinde incipit pontifex hymnum:

*Veni, creator Spiritus.*<sup>1</sup>

23. Sacerdotibus feretrum tenentibus, usquedum pontifex altare et omnia instrumenta sanctificet.<sup>2</sup> Et, cum venerit episcopus ante altare, prosternat se cum ministris super stramenta, usquedum dicat schola:

24. Litanía: *Kyrie, eleison.*

25. Finita vero litanía, cum surrexerit pontifex ab oratione, veniens ante altare, «non dicat: Dominus vobiscum»,<sup>3</sup> sed tantum excelsa voce: Oremus, et diaconus: Flectamus genua, postea: Levate, et dicat episcopus hanc orationem:

**M**AGNIFICARE, Domine, Deus, in<sup>4</sup> sanctis tuis, et in hoc templo, tibi ædificato appare, ut qui cuncta in filiis adoptionis operaris, ipse semper in tua hereditate lauderis. [Per.]<sup>5</sup>

26. Deinde incipiat pontifex de sinistro angulo ecclesiæ ab oriente scribere · per pavimentum cum cambuca sua totum alphabetum usque in dextrum angulum occidentalem:

✠ Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ξ Ο Π Ϛ Ρ Σ Τ Υ Φ Χ Ψ Ω Π ✠<sup>6</sup>

27. Incipiensque similiter iterum de /101/ dextro angulo orientali abecedarium, scribat usque in sinistrum occidentalem:

✠ Α Β C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z ✠

28. Interim canant, qui cum eo sunt, antiphonam:

*O, quam metuendus est Ps. Benedictus cum tot versiculis, quo[t] sunt necessarii, et cum Gloria Patri,<sup>7</sup> semper repetendo antiphonam, ab alphabeto usque in finem abecedarii.*

<sup>1</sup> Z add. Deinde incipiat responsorium: Benedic Domine

<sup>2</sup> S In margine: Pro consecratione altaris.

<sup>3</sup> S orig. del.

<sup>4</sup> Z Deus] noster in

<sup>5</sup> S orig. add., cf. Z

<sup>6</sup> S orig. del. litteras Ϛ ϛ Π (stigma vel digamma, coppa, disigma vel sampi) quasi numeralia (VI, XC, CM) aliena alphabeto phonemata tantum exprimenti. Z iam omiserat Π, delevit autem Ϛ et ϛ postea.

<sup>7</sup> Z orig. add. super lineam: et cum oratione: Deus qui per sanctum Moysen

## [BENEDICTIO ET ASPERSIO AQUÆ GREGORIANÆ]

29. Deinde, veniens episcopus ante altare, dicat ter:<sup>1</sup>

*Deus, in adiutorium cum Gloria Patri, absque Alleluia.*

30. Deinde benedicat salem et aquam, dicens: Exorcismus salis:

**E**XORCIZO te, creatura salis, in nomine Domini<sup>2</sup> nostri, Iesu Christi, qui apostolis suis dixit: vos estis sal terræ, et per apostolum ait:<sup>3</sup> cor vestrum sale sit conditum, ut sanctificeris ad consecrationem huius ecclesiæ · et altaris, ad expellendas omnes dæmonum tentationes, et omnibus, qui ex te sumpserint, sis animæ et corporis<sup>4</sup> tutamentum et sanitas · et protectio · et confirmatio salutis. Per.

31. Benedictio salis:

**D**OMINE, Deus, Pater omnipotens: benedic hanc creaturam salis, ad effugandum inimicum, et ei salubrem medicinam immitte, ut ad animæ et corporis se summentium proficiat sanitatem. Per.

32. Exorcismus aquæ:

**E**XORCIZO te, creatura aquæ, in nomine Patris · et Filii · et Spiritus Sancti, /102/ ut repellas diabolum a termino iustorum, ne sit in umbraculis huius ecclesiæ.<sup>5</sup> — Et tu, Domine, Iesu Christe: infunde Spiritum Sanctum in hanc ecclesiam tuam, ut perficiat sanitatem<sup>6</sup> corporum animarumque adorantium te, [ut magnificetur in gentibus nomen tuum, et increduli corde convertantur ad te],<sup>7</sup> et non habeant alium Deum præter te, solum Deum. Qui vivis.

33. Benedictio aquæ:

**D**OMINE, Deus, Pater omnipotens, statutor omnium elementorum, qui per Iesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum elementum hoc aquæ in salutem humani generis esse voluisti: te supplices deprecamur, ut, exauditis orationibus nostris, eam tuæ pietatis respectu sanctifices, atque ita omnium spirituum immundorum ab ea recedat incursio, ut, ubicumque fuerit in nomine tuo aspersa, gratia tuæ benedictionis adveniat, et mala omnia, te propitiante, procul recedant. Per.<sup>8</sup>

<sup>1</sup> *S In margine: Pro consecratione altaris.*

<sup>2</sup> *Z Dei*

<sup>3</sup> *Z suis] ait vos estis sal terræ et per apostolum dicit*

<sup>4</sup> *Z sis] corporis et animæ*

<sup>5</sup> *Z umbraculis] ecclesiæ huius*

<sup>6</sup> *Z ut] proficiat ad sanitatem*

<sup>7</sup> *S om., cf. Z*

<sup>8</sup> *Z om. totam hanc orationem, sed utitur ea in reconciliatione violatæ ecclesiæ, vide 52<sup>r</sup> in margine.*



34. *Benedictio cineris:*

**E**XORCIZO te, cinis, in nomine Dei Patris omnipotentis, et in nomine Iesu Christi, Filii Dei, et<sup>1</sup> Spiritus Sancti, qui te<sup>2</sup> per ignem in favillam converti præcepit: ut, sicut iussione Dei per sanctum famulum eius, Moysen, cinis vitulæ, in populo aspersus, omnem congregationem Israhel sanctificavit, ita et tu exorcizatus sis<sup>3</sup> in nomine sanctæ Trinitatis · ad dedicationem huius basilicæ, aspersus in eis, qui scrutinia sunt habituri; super stantes vel transi/102<sup>v</sup>/tuos diabolus non lateat, sed manifestetur et expellatur, ut puri et sinceri inveniantur.<sup>4</sup> — Te petimus autem et rogamus, Pater omnipotens, ut, sicut Ninivitarum populus ad prædicationem Ionæ prophetæ, misericordiam tuam, Domine, exorantes, suorum veniam meruerunt peccatorum consequi, ita et hi, qui ad tuam gratiam percipiendam ad hanc basilicam venire desiderant, amputatis carnalibus maculis, per sacri baptismatis regenerationem suorum fidem constituent vitiorum. Per eundem.

35. *Tunc misceatur sal et cinis, et faciat inde episcopus crucem · ter super aquam, dicens:*

Hæc commixtio salis · et aquæ cum cinere sit sanctificata · ad consecrationem huius ecclesiæ et altaris · in nomine Patris · et Filii · et Spiritus Sancti.<sup>5</sup>

36. *Sequitur oratio:*

**D**EUS, invictæ virtutis auctor · et insuperabilis imperii rex ac semper magnificus triumphator, qui adversæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sævitiam superas, qui hostiles nequitas potenter expugnas: te, Domine, trementes · ac supplices deprecamur · ac petimus, ut hanc creaturam salis · et cineris · et aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ more<sup>6</sup> sanctifices, ut, ubicumque fuerit aspersa per invo/103<sup>v</sup>/cati[onem] sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus procul pellatur, et præsentia Sancti Spiritus nobis, misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per.<sup>7</sup>

37. *Deinde ponit vinum in ipsam aquam, dicens:*

Fiat commixtio aquæ et vini ad consecrationem huius ecclesiæ et altaris · in nomine Patris · et Filii · et Spiritus Sancti.<sup>8</sup> Amen.

<sup>1</sup> **Z** Dei] vivi et

<sup>2</sup> **S** om.

<sup>3</sup> **Z** om.

<sup>4</sup> **Z** Trinitatis] nos a peccatorum sordibus emundes. Per Christum. *Membrum autem, quod sequitur, id est:* Te petimus ... Per eundem, *deest.*

<sup>5</sup> **Z** salis] et cineris cum aqua benedicta sit et sanctificata ... in nomine Domini nostri Iesu Christi

<sup>6</sup> *Malim rore sed etiam H et Z more*

<sup>7</sup> *Ad varias lectiones vide orationem supra, IV. 8.*

<sup>8</sup> **Z** in] Christo Iesu Domino nostro

38. Præfatio aquæ cum vino mixti:<sup>1</sup>

**D**EUM omnipotentem, fratres carissimi, in cuius domo mansiones multæ sunt, supplices deprecemur,<sup>2</sup> ut habitaculum istud benedicere · et sanctificare<sup>3</sup> dignetur · per aspersionem huius aquæ cum vino mixtæ, ut tenebras ab eo repellat, et lumen infundat, nullam sævienti<sup>4</sup> adversario tribuat potestatem, sed propria sit domus Dei, ut nullam in ea inimicus habeat nocendi licentiam.<sup>5</sup>

## 39. Benedictio aquæ cum vino:

**O**MNIPOTENS, sempiternæ Deus, creator et conservator humani generis · et dator gratiæ spiritualis · atque largitor æternæ salutis: mitte Spiritum Sanctum tuum<sup>6</sup> · super hoc vinum cum aqua mixtum, ut, armatum cælestis defensione virtutis,<sup>7</sup> ad consecrationem huius ecclesiæ et altaris tui proficiat.<sup>8</sup> Per ... in unitate eiusdem.

40. Tunc, ingrediens episcopus ad altare, primo cum pollice suo de ipsa aqua sancta · faciat crucem in medio altaris, dicens:<sup>9</sup> /103'/

Sanctificetur hoc altare in nomine Patris · et Filii · et Spiritus Sancti. Amen.

Et episcopus: Pax tecum. Respondeant: Et cum spiritu tuo.<sup>10</sup>

41. Deinde in dextera parte. Tunc in sinistra parte · per quattuor cornua altaris. Et cum hyssopo aspergat ipsum altare septem vicibus in circuitu, canendo antiphonam:<sup>11</sup>

*Asperges me, Domine cum psalmo: Miserere mei, Deus.*

42. Deinde circueat ipsam [intra]<sup>12</sup> ecclesiam tribus vicibus, aqua sancta conspargendo parietes, incipiens a dextera parte orientis, usquedum redeat in orientem. Et primo circuitu canitur antiphona:

*Similabo eum viro sapienti Ps. Exsurgat Deus.*

43. Secundo autem circuitu antiphona canitur:

*Tu, Domine universorum Ps. Conserva me.*

<sup>1</sup> *Malim* mixtæ

<sup>2</sup> *S* deprecamur

<sup>3</sup> *Z* custodire

<sup>4</sup> *Z* sæviendi

<sup>5</sup> *Z* propria] Deo sit domus ut nullam in ea inimicus licentiam habeat nocendi

<sup>6</sup> *Z* Spiritum] tuum Sanctum

<sup>7</sup> *Z* cælestis] defensionis virtute

<sup>8</sup> *Z* ecclesiæ] vel altaris proficiat

<sup>9</sup> *S* *In margine: Pro consecratione altaris.*

<sup>10</sup> *Z* *has formulas hic non, sed tantum pro unctionibus chrismalibus adhibet, ut infra.*

<sup>11</sup> *Z* *hinc differt, inserendo orationum seriem: Pateant aures et cetera.*

<sup>12</sup> *S* *orig. add.*

44. Tertio vero circuitu canitur antiphona:

*Hæc est domus Domini Ps. Qui habitat.*

45. Deinde aspergat per medium ecclesiæ in longum · et latum, faciens crucem super omne pavimentum, canendo antiphonam:

*Domus mea domus Ps. Narrabo nomen tuum cum Gloria.*

### [CONSECRATIO BASILICÆ]

46. Qua finita, in medio ecclesiæ pontifex dicat: Oremus, et diaconus: Flectamus.

**D**EUS, qui loca, nomini tuo dicanda, sanctifices:<sup>1</sup> effunde super hanc orationis domum gratiam tuam, ut ab omnibus, hic invocantibus te, auxilium tuæ misericordiæ<sup>2</sup> sentiatur. Per.

47. Iterum dicat: Oremus, et diaconus: Flectamus, postea: Levate. Sequitur oratio · in consecratione basilicæ: /104'/

**D**EUS sanctificationum, omnipotens dominator, cuius pietas sine fine sentitur, Deus, qui cælestia simul et terrena complecteris, servans misericordiam tuam populo tuo, ambulanti ante conspectum gloriæ tuæ: exaudi preces servorum tuorum, ut sint oculi tui aperti super domum istam die ac nocte. Hanc quoque<sup>3</sup> basilicam, in honore sanctæ et individuæ Trinitatis<sup>4</sup> · et victoriosissimæ Crucis · et sancti illius sacris mysteriis institutam, clementissimus dedica, miseratus illustra, proprio splendore clarifica, omnemque hominem, venientem adorare te<sup>5</sup> in hoc loco, placatus admitte, propitius respicere dignare, et propter nomen tuum magnum · et manum fortem · et brachium excelsum · in hoc habitaculo supplicantes libens protege, dignanter exaudi, æterna defensione conserva, ut, semper felices, semperque in tua religione lætantes, constanter in sanctæ Trinitatis confessione · et<sup>6</sup> fide catholica perseverent. Per.

48. Deinde dicat excelsa voce: *Per omnia sæcula sæculorum. [R.] Amen.*

**U**... æterne Deus. Adesto precibus nostris, adesto sacramentis, adesto etiam piis famulorum tuorum laboribus · nobisque misericordiam tuam poscentibus. Descendat quoque in hanc ecclesiam tuam, quam sub /104'/ invocatione sancti nominis tui · in honore sanctæ Crucis, in qua coæternus tibi Filius tuus, Dominus

<sup>1</sup> Z sanctificas

<sup>2</sup> Z auxilium] misericordiæ tuæ

<sup>3</sup> Z nocte] Hancque

<sup>4</sup> Z om. sanctæ] et individuæ, sed add. Trinitatis] et sanctæ Mariæ

<sup>5</sup> Z om.

<sup>6</sup> Z om.

noster, Iesus Christus, pro redemptione mundi pati dignatus est, et sancti illius<sup>1</sup> indigni consecramus, Sanctus Spiritus<sup>2</sup> tuus, septiformis gratiæ ubertate redundans, ut, quotienscumque in hac domo tua · sanctum nomen tuum fuerit invocatum, eorum, qui te invocaverint, a te, pio Domino, preces exaudiantur. O, beata et sancta Trinitas, quæ omnia purificas, omnia mundas, et omnia exornas. O, beata maiestas Dei, quæ cuncta implet, cuncta contines, cuncta disponis. O, beata et sancta manus Dei, quæ omnia sanctificas, omnia benedicis, omnia locupletas. O, sancte sanctorum Deus: tuam clementiam humillima devotione deposcimus, ut ecclesiam per nostræ humilitatis famulatum in honore sanctæ et victoriosissime Crucis · et sancti illius<sup>3</sup> purificare, benedicere, consecrareque<sup>4</sup> · perpetua sanctificationis tuæ ubertate digneris. Hic quoque sacerdotes sacrificia laudis offerant, hic fideles populi vota persolvant, hic peccatorum onera solvantur, fidelesque lapsi reparentur. /105/ In hac ergo, quæsumus, Domine, domo tua · Spiritus Sancti gratia · ægroti sanentur, infirmi recuperentur, claudi curentur, leprosi mundentur, cæci illuminentur, dæmonia eiiciantur. Cunctorum hic debiliū incommoda,<sup>5</sup> te, Domine, annuente, pellantur, omniumque<sup>6</sup> vincula peccatorum absolvantur, ut omnes, qui hoc templum, beneficia iuste deprecaturi, ingrediuntur, cuncta se impetrasse lætentur, ut, concessa misericordia, quam precantur, perpetuo miserationis tuæ munere glorientur. Per.

### [UNCTIONES ET INCENSATIO]

49. Hac expleta, eat ad altare, dicente schola antiphonam:<sup>7</sup>

*Introibo ad altare Ps. Iudica me.*

50. Tunc faciat maltam de calce tegula · cum aqua benedicta, ad occultandas sanctorum reliquia[s] in locum altaris, et reservetur ad tempus. Et postea ipsam aquam, quæ remanet, fundat ad basim altaris. Et [a] diaconibus vel presbyteris extergatur altare de linteo. Postea pontifex deferat incensum super altare, et dicat schola versicu[lu]m:

*Dirigatur, Domine.*

51. Tunc de oleo sanctificato faciat pontifex crucem in medio altaris · et per quattuor angulos altaris, ut supra, dicendo:

Sanctificetur hoc altare in nomine Patris · et Filii · et Spiritus Sancti. Amen.

Pax tecum. [R]. Et cum spiritu tuo.

<sup>1</sup> Z sancti] martyrī tui N.

<sup>2</sup> Z consecramus] Spiritus Sanctus

<sup>3</sup> Z sancti] martyrī tui N.

<sup>4</sup> Z add. Hic signet episcopus versus orientem, meridiem · et aquilonem.

<sup>5</sup> Z cunctorum] debiliū ægrotationes

<sup>6</sup> Z omnium ergo

<sup>7</sup> S In margine: Pro consecratione altaris.

52. Et dicant antiphonam:

*Erexit Iacob Ps. Quam dilecta. /105'*

53. Item, canant aliam antiphonam:

*Mane surgens Ps. Fundamenta.*

54. Item ungat de oleo sancto ipsum altare, dicendo, ut supra, semper in circuitu ipsius altaris alio sacerdote incensum ferente. Post expletum psalmum, mittat iterum oleum similiter, sicut prius, supra, cantando antiphonam:

*Ædificavit Moyses Ps. Domine, refugium.*

55. Hoc facto, sumat chrisma, et faciat similiter crucem, ut supra, cantando antiphonam:

*Unxit te Dominus oleo lætitiæ præ participibus tuis<sup>1</sup> Ps. Eructavit.*

56. Interea alius sacerdos in circuitu altaris semper faciat incensum. Deinde vadat pontifex in circuitu ecclesiæ, et faciat crucem cum pollice de ipso chrismate · in duodecim locis, primo in dextera parte, et sic in circuitu, per singulas cruces dicens:

Sanctificetur hoc templum · in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. [A]men.  
Pax tecum. [R.] Et cum spiritu tuo.

57. Et schola interim dicat antiphonam:

*Sanctificavit Dominus.<sup>2</sup>*

58. Antiphona:

*Lapides pretiosi Ps. Lauda Ierusalem.<sup>3</sup>*

59. Tunc iterum redeat ad altare, et offerat incensum super illud, et dicat clerus antiphonam:

*Ecce, odor filii mei, sicut odor agri pleni,<sup>4</sup> quem benedixit Dominus.*

### [CONSECRATIO ALTARIS]

60. Post hæc dicat pontifex præfationem in consecratione altaris:

**D**EI Patris omnipotentis misericordiam deprecemur, dilectissimi fratres, ut hoc altare, sacrificiis spiritualibus consecrandum, /106'/ vocis nostræ exoratus offi-

<sup>1</sup> Z Dominus] Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis

<sup>2</sup> Z add. Ps. Lætatus sum

<sup>3</sup> S In margine: In consecratione altaris.

<sup>4</sup> S om.

cio, præsentī benedictione sanctificet, et in eo semper oblationes famulorum suorum, studio suæ devotionis impositas, benedicere · et sanctificare dignetur, ut, spirituali placatus incenso, precanti familiæ suæ propitius<sup>1</sup> exauditor existat.<sup>2</sup>

61. *Deinde dicat:* Oremus, *et diaconus:* Flectamus genua, *postea:* Levate. *Consecratio altaris:*

**D**EUS omnipotens, in cuius honore altare hoc sub invocatione tui nominis consecramus: clemens et propitius preces nostræ humilitatis exaudi, et præsta, ut in hac mensa sint tibi libamina accepta, sint grata, sint pingua,<sup>3</sup> et Sancti Spiritus tui semper rore perfusa, ut omni tempore in hoc<sup>4</sup> loco supplicantis tibi<sup>5</sup> familiæ tuæ anxietates reveles, ægritudines cures, preces exaudias, vota suscipias, desiderata confirmes, postulata concedas, ut ad donum Dei gratiæ sani illibatique pervenire mereantur.<sup>6</sup> Per.

62. *Deinde dicat excelsa voce:* Per omnia sæcula sæculorum. [R.] [A]men.  
Dominus vobiscum. [R.] Et cum spiritu tuo. Sursum corda. [R.] Habemus ad Dominum.  
Gratias agamus Domino Deo nostro. [R.] Dignum et iustum est. *Præfatio:*

**U**... æterne Deus. Et,<sup>7</sup> ut propensiori cura · et attentiori /106/ famulatu · tibi servitutis officia deferamus, hoc præsertim in tempore, quo religiosarum mentium habitum ultra parietum ornatum delegisti, et in quo sanctorum tuorum *illorum*<sup>8</sup> mentio habetur, per<sup>9</sup> quorum reverentiam et honorem sacratissimo nomini tuo hoc altare<sup>10</sup> dedicamus. Horum igitur, Domine, efflagitamus precibus: dignare hoc altare<sup>11</sup> cælesti sanctificatione perfundere, et ben~~edi~~dicere. Assistant angeli claritatis, et Spiritus Sancti<sup>12</sup> illustratione perfulgeat. Sit illius quoque apud te gratiæ, cuius fuit illud, quod Abraham, pater fidei, in nostræ figuram redemptionis filium immolaturus, exstruxit, quod Isaac in conspectu tuæ maiestatis instituit, quod Iacob, Dominum magna videns visione, erexit, ut hic orantes exaudias, hic oblata sanctifi~~ces~~, hincque superposita ben~~edi~~cas, hinc quoque ~~ben~~edicas, et<sup>13</sup> benedic~~ta~~ distribuas. Sit ergo ecclesiæ tuæ titulus sempiternus, sit mensa cælesti<sup>14</sup> · spiritualique convivio

<sup>1</sup> Z precanti] famulæ [orig. corr. ad familie] suæ promptus

<sup>2</sup> Z add. existat] Dominus noster Iesus Christus qui vivit

<sup>3</sup> S pingua (sic)

<sup>4</sup> Z tempore] hoc in

<sup>5</sup> Z om.

<sup>6</sup> Z om. concedas] ut ... mereantur

<sup>7</sup> Z om.

<sup>8</sup> Z tuorum] N. et aliorum

<sup>9</sup> Z ob

<sup>10</sup> Z honorem] altare hoc sacratissimo nomini tuo (in ima pagina), sed [...] reverentiam altare (in textu principali)

<sup>11</sup> Z dedicamus] Dignare igitur dominator Domine hoc quæsumus altare

<sup>12</sup> Z benedicere] ut Sancti Spiritus

<sup>13</sup> S orig. del. (rasura) Z om.

<sup>14</sup> Z cælestis

præparata. Tu ergo,<sup>1</sup> Domine, proprio ore tuo hostias super eam impositas<sup>2</sup> bene ✠ dicito,<sup>3</sup> atque omnibus nobis<sup>4</sup> tribue, ut participatione earum<sup>5</sup> vitam acquiramus sempiternam. Per.

63. Sequitur oratio:

**D**OMINE, sancte Pater, omnipotens, æterne Deus: clemens et propitius /107'/ preces humilitatis nostræ<sup>6</sup> exaudi, et respice ad huius altaris holocaustum, quod non igne visibili præbetur,<sup>7</sup> sed, infusum Sancti Spiritus gratia, in odorem tuæ suavitatis ascendat, et legitime se<sup>8</sup> sumentibus Eucharistia medicabilis fiat, et ad vitam proficiat sempiternam.<sup>9</sup> Per.

64. Alia:

**M**AIESTATEM tuam, Domine, suppliciter<sup>10</sup> imploramus, ut altare hoc, sacræ unctionis libamine, ad suscipienda populi tui munera, inunctum, potenter ben✠edicere · et sanctific✠are digneris, et, quod nunc a nobis indignis sub tui nominis invocatione · in honore · et nomine sancti illius tui sacrosancti chrismatis unctione delibutum est,<sup>11</sup> placeat tibi, atque altare maneat perpetuum, ut, quicquid deinceps super eo oblatum · sacramentumve fuerit, dignum tibi fiat holocaustum, atque omnium hic offerentium sacrificia a te, pio Domino,<sup>12</sup> benigne suscipiantur, et per ea peccatorum nostrorum vincula absolvantur, maculæ deleantur, veniæ impetrentur, gratiæ acquirantur, quatenus una cum sanctis · et electis tuis · vitam percipere mereamur æternam. Per.<sup>13</sup>

65. Et dicatur antiphona:

*Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.*

<sup>1</sup> Z om.

<sup>2</sup> Z positas (*orig. corr. de depositas*)

<sup>3</sup> S *orig. add. in margine: ✠ et benedictas suscipito cf. etiam Z*

<sup>4</sup> Z atque] nobis omnibus

<sup>5</sup> S *orig. corr. de eorum*

<sup>6</sup> Z preces] nostræ humilitatis

<sup>7</sup> S *orig. corr. in margine: probatur* Z probetur

<sup>8</sup> S *orig. corr. super lineam de sit*

<sup>9</sup> Z æternam

<sup>10</sup> Z tuam] humiliter

<sup>11</sup> Z et] nominis sancti martyris tui N. et sanctorum martyrum tuorum sacris chrismatis unctione est delibutum

<sup>12</sup> Z Deo

<sup>13</sup> S *In margine: vel (?)*

[CONSECRATIO TABULÆ]<sup>1</sup>

66. Deinde ungat oleo sancto tabulam super altare, dicens /107'/ hanc præfationem:

**L**APIDEM hunc, fratres dilectissimi, in quo<sup>2</sup> unguentum sacræ unctionis effunditur, ad suscipienda populi sui<sup>3</sup> munera · et sacrificia, oremus, ut Dominus consecret · et benedicat, et, quod unctum est<sup>4</sup> a nobis, sit unctum in nomine eius, ut plebis oblata suscipiat, et altario,<sup>5</sup> per sacram unctionem perfecto, dum propitiationem sacrorum imponimus, ipsi propitiatoris Dei<sup>6</sup> esse mereamur. Per.

67. Benedictio tabulæ:

**S**UPPLICES tibi, Domine, Deus Pater omnipotens, preces effundimus, ut metalli huius expolitam materiem, supernis sacrificiis imbuendam, ipse tuæ benedictionis dotare ubertate<sup>7</sup> digneris, qui quondam scripsisti lapideis legem in tabulis. Per.

68. Postea, tollens vocem, publice proclamet: Per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen. Dominus vobiscum. **[R.]** Et cum spiritu tuo. Sursum corda. **[R.]** Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. **[R.]** Dignum et iustum est. **Præfatio:**

**U**... æterne Deus. Qui post offencicula lapsus[que]<sup>8</sup> primi hominis · instituti, tibi offerri propitiatorii deliniamenta libaminis, ut culpa, quæ processerat<sup>9</sup> per<sup>10</sup> superbiam, futuris temporibus expiaretur per munera, quibus honorarentur altaria, honorifica/108'/retur et templum. Assit igitur misericordiæ tuæ ineffabilis pietas, et super hunc lapidem opem tuæ benedictionis infunde, ut, te largiente, referat præmium, quisquis intulerit votum, per eum, qui se angularem lapidem · et saxum, sine manibus excisum, nominari voluit, Dominum nostrum.

69. Alia oratio:

**D**EUS omnipotens, universarum rerum rationabilis artifex, qui inter ceteras creaturarum, formas<sup>11</sup> lapideum metallum ad obsequium tui sacrificii condidisti, ut

<sup>1</sup> *S add. in ima pagina:*

**Benedictio tabulæ** In primis confirmet eam oleo sancto, crucem faciens per medium et in quattuor angulis. Similiter faciat cum chrismate, non tamen superiori parte, sed inferiori, et dicat: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Pax tibi. Et cum. **Et canitur antiphona:** Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.

<sup>2</sup> *Z* quibus

<sup>3</sup> *Z* tui

<sup>4</sup> *Z* quod] est unctum

<sup>5</sup> *Z* altari

<sup>6</sup> *Z* dum] propitiatione sacrorum imponimus ipsi propitiationes Dei

<sup>7</sup> *Z* tuæ] dotare sanctificationis ubertate

<sup>8</sup> *S orig. add. Z* lapsus

<sup>9</sup> *Z* præcesserat

<sup>10</sup> *S om.*

<sup>11</sup> *Z* qui] creaturas formans



legis libationi pararetur<sup>1</sup> altare, annue dignanter, ut, quicquid hic oblatum sacratumque fuerit nomini tuo, assurgat religioni, proficiat spei, innitatur fidei, sitque<sup>2</sup> honori. Per.

### BENEDICTIO LINTEAMINUM

70. [Oratio:]

**D**OMINE, Deus omnipotens, qui<sup>3</sup> ab initio<sup>4</sup> hominibus utilia · et necessaria creasti, vestimenta quoque pontificalia sacerdotibus et levitis tuis et ornamenta et lintheamina facere<sup>5</sup> famulum tuum, Moysen, per quadraginta dies docuisti, sive etiam ea, quæ Maria texuit · et fecit in usum tabernaculi fœderis: sanctificare<sup>6</sup> · et benedicere · consecrareque digneris hæc lintheamina in usum altaris tui, ad tegendum involvendumque corpus · et sanguinem Filii tui, Domini nostri, Iesu Christi.<sup>7</sup> Qui tecum vivit. /108/

### BENEDICTIO LINTEAMINUM ET ALIORUM IN USUM SACRI MINISTERII

71. [Oratio:]

**E**XAUDI, Domine, preces nostras, et hæc lintheamina · aliaque indumenta, necnon et vasa sancti altaris tui · atque ecclesiæ tuæ cunctaque sacri ministerii usui præparata benedicere<sup>8</sup> · et sanctificare digneris. Per.

### BENEDICTIO AD OMNIA VASA, LINTEAMINA · ET INSTRUMENTA ECCLESIAE DEDICATAE

72. [Oratio:]

**O**MNIPOTENS, sempiternus Deus,<sup>9</sup> rex regum · et Dominus dominantium, sacerdos omnium, pontifex universorum, per quem una cum Patre Sanctoque Spiritu facta sunt universa, Christe Iesu: benedicere, consecrare et sancti-~~ficare~~<sup>10</sup> digneris vasa hæc · cum his altaris lintheaminibus ceterisque cunctis,<sup>1</sup> et, quemadmodum officia

<sup>1</sup> Z paretur

<sup>2</sup> Z sit

<sup>3</sup> Z sicut

<sup>4</sup> S itio (*sic*)

<sup>5</sup> Z creasti] et quemadmodum vestimenta ... levitis ornamenta et lintheamina fieri

<sup>6</sup> Z fœderis] sic sanctificare

<sup>7</sup> Z *om.* altaris tui] ad ... Christi

<sup>8</sup> Z lintheamina] sacri altaris usui præparata benedicere

<sup>9</sup> Z Dignare Domine Deus rex omnipotens

<sup>10</sup> Z consecrare] sanctificareque

officia tabernaculi testimonii olim cum arca oraculi,<sup>2</sup> scilicet Cherubim clausa velis, columnas, candelabra, aureum altare, argenteas bases, tabulas deauratas, holocausta, hostias, æneum altare · cum basibus æneis, tentoria, funes, oleum unctionis · et cetera in<sup>3</sup> figuram nostri temporis · per manus sanctorum sanctificasti sacerdotum, ita nunc, manens in æternum, summe sacerdos sacerdotum · secundum ordinem Melchisedech, vasa hæc<sup>4</sup> · et omnia instrumenta altaris huius ecclesiæ, quæ<sup>5</sup> /109/ inter nostras palmas habentur, benedicas,<sup>6</sup> purifices, consecres · et confirmes, quibus inter nos æternam unitatem in supremo meatu sine fine credimus constare. Per.<sup>7</sup>

### BENEDICTIO AD OMNIA ORNAMENTA IN USUM ECCLESIE

#### 73. [Oratio:]

**O**MNIPOTENS et misericors Deus, qui ab initio utilia et necessaria hominibus creasti, templaque, manu hominum facta, nomini tuo sancto dicari, tuæque habitationis loca vocari voluisti,<sup>8</sup> quique per Moysen, famulum tuum, vestimenta pontificalia · et sacerdotalia · seu levitica · et<sup>9</sup> alia quæque diversi generis ornamenta · ad cultum · et decorem tabernaculi · et altaris<sup>10</sup> tui fieri decrevisti: exaudi propitius preces nostras, et omnia hæc diversarum specierum ornamenta, in usum basilicæ · vel altaris<sup>11</sup> ad honorem et gloriam tuam præparata, benedicere · et sanctificare per nostræ humilitatis servitutem<sup>12</sup> digneris, ut divinis cultibus sacrisque mysteriis apta existant, hisque in confectione corporis · et sanguinis Iesu Christi, Filii tui, Domini nostri dignis tibi pareatur famulatibus.<sup>13</sup> Qui tecum.

<sup>1</sup> Z *om.* lintheaminibus] ceterisque cunctis

<sup>2</sup> Z oraculo

<sup>3</sup> Z candelabra] altari aureo argenteis basibus tabulis deauratis holocaustis hostiis æneo altari cum æneis vasis tentoriis funibus cum oleo unctionis et ceteris in

<sup>4</sup> Z Melchisedech] patenam hanc et calicem

<sup>5</sup> Z ecclesiæ] seu basilicæ quæ

<sup>6</sup> Z habentur] corde precamur ut benedicas

<sup>7</sup> Z nos] et æternam unitatem in supremo meatu sine fine constare credimus. Per te Christe Iesu qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto regnas

<sup>8</sup> Z *om.* creasti] templaque ... voluisti

<sup>9</sup> Z vestimenta] sacerdotalia et

<sup>10</sup> Z et] ad decorem sacerdotalis officii et ad altaris

<sup>11</sup> Z *om.* ornamenta] in usum basilicæ vel altaris

<sup>12</sup> Z nostræ] servitutis humilitatem

<sup>13</sup> Z tibi] pareant famulantibus

**BENEDICTIO VESTIMENTORUM SACERDOTALIUM SEU LEVITICORUM  
ATQUE SEQUENTIS ORDINIS MINISTRANTIUM /109/**

74. [Oratio:]

**O**MNIPOTENS, sempiternus Deus, qui per<sup>1</sup> Moysen, famulum tuum pontificalia atque levitica vestimenta, ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum, et ad decorem · seu ad<sup>2</sup> laudem nominis tui fieri decrevisti: adesto propitius invocationibus nostris, et hæc indumenta sacerdotalia famuli et sacerdotis tui, desuper gratia tua irrigante, tua ingenti benedictione per nostræ humilitatis servitutem purificare, benedicere · et consecrare digneris, ut divinis cultibus et sacris mysteriis<sup>3</sup> apta existant, his quoque sacerdotes<sup>4</sup> vel levitæ tui induti, defensi ab omnibus inpulsionibus seu tentationibus malignorum spirituum esse mereantur, tuisque eos<sup>5</sup> mysteriis apte et condigne servire et inhærere, in hisque placide et devote tribue perseverare. Per.<sup>6</sup>

**BENEDICTIO AD ALBAS, PLANETAS, STOLAS · ET CINGULA**

75. [Oratio:]

**D**OMINE, Deus Pater, rex et magnificator, qui per sanctos patres nostros, qui in<sup>7</sup> sacerdotali ordine placuerunt, diversi generis ornamenta · et vestimenta sacerdotalia fieri, et his ornari sacerdotes, tibi servientes, iussisti: exaudi propitius orationem nostram, /110/ et has planetas famulorum tuorum seu poderes<sup>8</sup> ac cingula · orariaque<sup>9</sup> dextera tua sancta benedicere · et sanctificare digneris,<sup>10</sup> quatenus hæc vestimenta ministris tuis,<sup>11</sup> levitis ac sacerdotibus, ad divinum cultum orandum explendumque proficiant, sanctisque altaribus tuis munde · et ornate in his<sup>12</sup> sacris vestibus ministraturi irreprehensibiles in actu · et victu interius exteriusque appareant, tibi que,<sup>13</sup> soli Deo, puro corde et mundo corpore omnibus diebus vitæ suæ irreprehensibiliter, sanctorum patrum exempla sequentes, servire valeant, hisque sacris mysteriis

<sup>1</sup> *Z om.*

<sup>2</sup> *Z om.*

<sup>3</sup> *Z ministeriis*

<sup>4</sup> *Z quoque] sacris vestibus sacerdotes*

<sup>5</sup> *Z om.*

<sup>6</sup> *Z inhærere] hisque placide et devote perseverare tribue Salvator mundi qui vivis et regnas*

<sup>7</sup> *Z Pater] omnipotens rex et magnificus triumphator qui sanctos patres nostros qui tibi in*

<sup>8</sup> *S Cum accentu in syllaba antepenultima.*

<sup>9</sup> *Z et] hanc planetam famuli seu poderem albam ac stolam cingulum orariumque*

<sup>10</sup> *Z benedicere] sanctificare consecrareque digneris*

<sup>11</sup> *Z ac*

<sup>12</sup> *Z tuis] mundi et ornati his*

<sup>13</sup> *Z tibi*

secundum voluntatem tuam,<sup>1</sup> quando tibi placuerit, expletis, cælestis regni gloriam cum omnibus sibi<sup>2</sup> commissis percipere mereantur. Per.

### BENEDICTIO STOLARUM

76. [Oratio:]

**D**OMINE, Deus omnipotens, qui ab initio hominibus utilia et necessaria creasti, et vestimenta pontificalia · aliaque ornamenta · et lintheamina sacerdotibus ac levitis in usum tabernaculi fœderis fieri Moysi, famulo tuo, iussisti, eumque spiritu sapiente, ad id peragendum, replesti: hoc ornamentum in usum ministerii tui sanctificare, /110v/ benedicere · et consecrare digneris, atque ministros altaris tui, qui illud portaverint, septiformi Spiritu Sancto dignanter repleas, atque castitatis stola et indumento lætitiæ sempiternæ · et beata facias cum bonorum operum fructu, ministeriis congruente, immortalitate vestiri.<sup>3</sup>

### BENEDICTIO CORPORALIS

77. [Oratio:]

**O**MNIPOTENS, sempiternæ Deus: benedic lintheamen istud, ad tegendum involvendumque corpus · et sanguinem Filii tui, Domini nostri, Iesu Christi, qui tecum vivit.

78. Alia:

**D**OMINE, Deus, qui iam sanctificare dignatus es hoc genus specierum,<sup>4</sup> quando eo dignatus es involvi corpus Domini nostri, Iesu Christi, Unigeniti tui, in beata passione: concede, quæsumus, per eundem Dominum nobis, quamquam indignis famulis tuis, ut præsens lintheum cælesti benedictione sanctum et aptum fiat dominico sepulcro, altari tuo, ut placabiliter possit in eo imponi corpus et sanguis eiusdem Domini nostri, Iesu Christi, qui est vita omnium fidelium, fideliter sumentium, et vivit et regnat · tecum in unitate Spiritus Sancti ... per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

79. Alia<sup>5</sup> /111v/ Alia:

**C**LEMENTISSIME Domine, cuius inenarrabilis virtus, cuius mysteria arcanis mirabilibus celebrantur: tribue, quæsumus, ut hoc lintheamen tuæ propitiationis be-

<sup>1</sup> Z ministeriis secundum tuam voluntatem

<sup>2</sup> Z nobis sibi que

<sup>3</sup> Z om. totam hanc orationem, quia pro stolis quoque superiore utitur.

<sup>4</sup> S specterum (sic)

<sup>5</sup> S orig. del.

nedictione sanctificetur, ad consecrandum super illud corpus et sanguinem Iesu Christi, Filii tui, Domini nostri, qui<sup>1</sup> tecum.

### [CONSECRATIO PATENÆ]

80. Præfatio ad patenam consecrandam:<sup>2</sup>

**O**REMUS, fratres carissimi, ut divinæ gratiæ benedictio · consecret · et sanctificet · hanc patenam, ad conficiendum in ea corpus Domini nostri, Iesu Christi, patientis Crucem pro<sup>3</sup> salute omnium nostrum. Qui cum Patre.

81. Inde faciat signum crucis de chrismate super eam, dicens:

**C**ONSECRARE et sanctificare digneris, Domine, hanc patenam · per istam unctionem · et nostram benedictionem in Christo Iesu, Domino nostro, qui vivit.<sup>4</sup>

### [CONSECRATIO CALICIS]

82. Præfatio calicis:

**O**REMUS, dilectissimi fratres, ut Deus · et Dominus noster · hunc<sup>5</sup> calicem, in usum ministerii sui consecrandum, cælestis gratiæ inspiratione sanctificet, ut ei ad humanam benedictionem · plenitudinem divini favoris accommodet.

83. Benedictio:

**D**IGNARE, Domine, calicem istum, in usum ministerii tui pia famuli tui devotione formatum, ea sanctificatione perfundere, qua Melchisedech, famuli /1117/ tui sacratum calicem perfudisti, et, quod arte vel metalli officio non potest altaribus tuis esse dignum, tua fiat benedictione<sup>6</sup> pretiosum atque sanctificatum.

84. Et faciat crucem in calice de chrismate per latera, dicens:

**C**ONSECRARE et sanctificare digneris, Domine, hunc calicem · per istam unctionem · et nostram benedictionem in Christo Iesu, Domino nostro. Qui vivit.

<sup>1</sup> Z corpus] Dei et Domini nostri Iesu Christi Filii tui qui

<sup>2</sup> S consecrat

<sup>3</sup> Z Christi] qui Crucis passionem sustinuit pro

<sup>4</sup> Z patenam] ad conficiendum in ea corpus Domini nostri Iesu Christi Crucem patientis pro salute omnium nostrum. Qui cum Patre

<sup>5</sup> Z dilectissimi] nobis ut Deus et Dominus noster Iesus Christus hunc

<sup>6</sup> Z potest] dignum altaribus tuis inesse fiat tua

## 85. Sequitur oratio:

**O**MNIPOTENS, sempiternae Deus: manibus nostris, quæsumus, opem tuæ benedictionis infunde, ut per nostram benedictionem hoc vasculum sanctificetur, a[c] corporis et sanguinis Domini nostri, Iesu Christi, novum sepulcrum Spiritus Sancti gratia perficiatur. Per eundem.<sup>1</sup>

## 86. Alia:

**D**EUS, qui Moysi, famulo tuo, in Horeb monte, servanda populo tuo præcepta disponens, ut templum sanctum tuum qualiter ædificaretur, institueres, sacra<sup>2</sup> quoque vasa, quæ inferri altari tuo deberent, instar vasorum cælestium fieri docuisti: precamur, ut hunc calicem, in quo celebraturi sumus sacrosancta mysteria, emissionem Spiritus Sancti tui · cælesti<sup>3</sup> benedictione sanctifices, gratum<sup>4</sup> · et acceptabilem habeas atque benedicas, ut, digne satiatus vasculo tuo,<sup>5</sup> et acceptabilem tibi<sup>6</sup> deferat famulatum, /112r/ et digne tuis mysteriis consecretur. Per ... in unitate eiusdem.

---

87. His igitur ita per ordinem gestis, cum redierit iterum ad ostium ecclesiæ, facto silentio, habeat pontifex verbum ad plebem · de honore ecclesiastico et de pace venientium ac redeuntium · et de decimis · vel oblationibus ecclesiarum · ac de anniversaria ipsius ecclesiæ dedicatione, et annuntiet tam clero, quam populo, in cuius honore constructa · et dedicata sit ecclesia, vel etiam nomina sanctorum, ibi requiescentium. Ipse autem dominus et constructor ipsius ecclesiæ admoneatur de dote illius, et qualem honorem · vel curam ecclesiæ et populo exhibere debeat. Illo autem profitente in omnibus, ita se velle agere, pontifex, hæc confirmari a Domino postulans, antequam intret ecclesiam, dicat hanc orationem:

**D**OMUM tuam, quæsumus, Domine, clementer ingredi, et in tuorum cordibus fidelium · tibi perpetuam<sup>7</sup> construe mansionem, et præsta, ut domus hæc, quæ tua subsistit dedicatione sollempnis, tua fiat habitatione sublimis. Per.

## [DEPOSITIO RELIQUIARUM]

## 88. Tunc accipiat pontifex feretrum cum presbyteris, et, ingrediendo, dicat antiphonam:

*Ingridimini, /112r/ benedicti Domini.*<sup>8</sup>

<sup>1</sup> *Z om.* totam hanc orationem.

<sup>2</sup> *Z disponens]* templum sanctum tuum qualiter ædificaret instituisti sacra

<sup>3</sup> *Z emissionem]* Sancti Spiritus cælesti

<sup>4</sup> *Z gratumque*

<sup>5</sup> *Z digne]* vasculis tuis sociatum

<sup>6</sup> *Z om.*

<sup>7</sup> *Z fidelium]* perpetuam tibi

<sup>8</sup> *S In margine:* Consecratio altaris.

89. Et, cum intraverint, extenso velo inter populum et altare, pontifex recondat reliquias in altari, et presbyteri, qui cum eo sunt, cantent antiphonam:

*Exsultabunt sancti Ps. Cantate Domino canticum.*

90. Et, antequam recludantur reliquiæ, dicat hanc orationem:

**D**EUS, qui omni<sup>1</sup> loco dominationis tuæ clemens ac benignus dedicator assistis: exaudi nos, quæsumus, et concede, ut inviolabilis huius loci permaneat consecratio, et beneficia tui muneris universitas Ecclesiæ, quæ supplicat, mereatur. Per.

91. Hac expleta, ponat chrisma in confossionem per angulos quattuor in crucem, ita dicendo:

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Pax tecum. [R.] Et cum spiritu tuo.

92. Deinde ponat tres portiones corporis Domini intro in confossionem · et tres de incenso,<sup>2</sup> et tunc imponantur reliquiæ in confossionem. Et, dum recluduntur, cantant antiphonam:

*Sub altare Domini sedes accipistis<sup>3</sup> Ps. Exsultabunt sancti.*

93. [Oratio:]

**D**EUS, qui altaria, nomini tuo dicanda, sanctificas: præsta, quæsumus, ut, quod nostra fragilitas non meretur, intercessione beati illius /113'/ huc Spiritus tui · plenitudo descendat, qui et munera nostra sanctificet, et indulgentiam nobis tuæ pietatis obtineat. Per.<sup>4</sup>

94. Et, accipiens tabulam, desubtus confirmet eam · cum chrismate, ita dicendo:

In nomine Patris · et Filii · et Spiritus Sancti. Pax tecum.<sup>5</sup> [R.] Et cum spiritu tuo.

95. Tunc ponat tabulam super reliquias, et det orationem hanc:

**D**EUS, qui ex omni coaptatione sanctorum · æternum maiestati tuæ condis habitaculum: da ædificationi tuæ incrementa cælestia, ut, quorum hic reliquias pio amore amplectimur,<sup>6</sup> eorum semper meritis adiuvemur. Per.

96. Deinde liniat eam cum calce, quæ antea fuerat præparata, cantando responsorium:

*Isti sunt sancti, qui pro V. Tradiderunt.<sup>7</sup>*

<sup>1</sup> Z qui] in omni

<sup>2</sup> Z om. has impositiones corporis et turis.

<sup>3</sup> Malim accepistis

<sup>4</sup> Z om. totam hanc orationem.

<sup>5</sup> Z tibi

<sup>6</sup> Z complectimur

<sup>7</sup> Z om. hoc responsorium.

97. Et, postquam fuerit linita, faciat cum chrismate crucem desuper, sicut supra, dicendo:

In nomine Patris · et Filii · et Spiritus Sancti. Pax tecum. [R.] Et cum spiritu tuo.

98. Et mittat chrisma per quattuor cornua altaris, crucem faciendo, ipsa suprascripta verba dicendo. Et cantent antiphonam:

*Corpora sanctorum cum Gloria Patri.*

99. Tunc diaconi vestiant altare, et schola dicat antiphonam: /113'/

*Circumdate Sion, levitæ,<sup>1</sup> altare cum psalmo: Mirabilis Deus in sanctis et: Gloria Patri.*

100. Alia:

*In velamento.<sup>2</sup>*

101. Postea quoque offeratur incensum, versusque dicatur:

*Omnis terra adoret te, Deus.*

Kyrie, eleison. Pater noster. Et ne nos. **Preces:**

*Fundata est domus Domini super verticem. R. Bene fundata est super omnes.*

*Dominus in templo sancto suo. R. Dominus in cælo.*

*Domus mea, dicit Dominus. R. Domus orationis vocabitur.<sup>3</sup>*

*Exsultabunt sancti in gloria. R. Letabuntur in cubilibus suis.*

*Exsultent iusti. R. Et delectentur.*

*Pretiosa est in conspectu. R. Mors sanctorum eius.*

*Letamini in Domino. R. Et gloriamini.*

*Iusti confitebuntur. R. Et habitabunt.*

*Fiat misericordia. R. Quemadmodum.*

*Exsurge, Domine. R. Et libera nos.*

*Domine, Deus virtutum. R. Et ostende.*

*Domine, exaudi orationem. R. Et clamor.*

*Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

102. Et dicat pontifex hanc orationem:

**D**ESCENDAT, quæsumus, Domine, Deus noster, Spiritus tuus Sanctus<sup>4</sup> super hoc altare, qui et populi tui dona sanctificet, et sumentium corda purificet. Per ... in unitate.

<sup>1</sup> S Sion] et levitæ

<sup>2</sup> Z om. hanc antiphonam.

<sup>3</sup> Z om. dehinc sequentes versus precum.

<sup>4</sup> Z Spiritus] Sanctus tuus



103. [Oratio post velatum altare:]

**O**MNIPOTENS, sempiternae Deus: altare hoc, nomini tuo dicatum, caelestis virtutis benedictione<sup>1</sup> sanctifica, et omnibus, in te sperantibus,<sup>2</sup> auxilii tui munus ostende, ut hic et sacramentorum virtus, et votorum obtineatur effectus. Per. /114/

### [MISSA]

104. Deinde revertatur pontifex in sacrarium, donec ornatur ecclesia, et accendantur luminaria. Et incipiant antiphonam: *Terribilis est*. Et procedat pontifex cum ordinibus suis, sicut consuetudo est in festivitibus, et celebretur missa sollempniter, sicut in sacramentario continetur, cum *Gloria in excelsis Deo*. Et postea per totam hebdomadam fiant missae publicae in ipsa ecclesia usque ad dies octo completos.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> Z dicatum] caelesti virtute et benedictione

<sup>2</sup> S orig. corr. de sperantium

<sup>3</sup> S In ima pagina:

**De confirmatione puerorum** Oratio: Omnipotens, sempiternae Deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedisti eis remissionem omnium peccatorum: emitte in eos septiformem Spiritum tuum Paraclitum Sanctum de caelis, Spiritum sapientiae et intellectus, Spiritum consilii et fortitudinis, Spiritum scientiae et pietatis; adimple eos Spiritu timoris tui, et consigna eos signo Crucis Christi, in vitam propitiatus aeternam. Per. Et, interrogantibus diaconibus nomina singulorum, pontifex, intincto pollice in chrismate, faciat crucem in frontibus singulorum, ita dicens: Confirmo te in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. R. Amen. Pax tecum. Et cum spiritu tuo. Iterum, confirmatis omnibus, dicat hos versus: Ecce, sic benedicetur homo, qui timet Dominum. Benedicat vobis Dominus ex Sion, ut videatis bona Ierusalem omnibus diebus vitae vestrae. Custodiat vos Dominus in timore suo sanctissimo, qui vivit et regnat, Deus. R. Amen. Pax vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oratio: Deus, qui apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum, et per eos eorumque successores ceteris fidelibus tuis tradendum esse voluisti: respice propitius ad humilitatis nostrae famulatum, et praesta, ut eorum corda, quorum frontes sacro chrismate delinivimus, et signo crucis designavimus, idem Spiritus Sanctus adveniens templum gratiae dignanter inhabitando perficiat. Per ... in unitate. Benedictio Dei Patris et Filii. /114 v/

S In ultima pagina:

**[Præparatio ad missam]** Cum exiit chlamydem: Exue me, Domine, veterem hominem cum actibus suis, et indue me novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Per Christum, Dominum. Ad calceos oratio: Calcia, Domine, pedes meos in præparationem Evangelii pacis, et protege me in velamento alarum tuarum. Per Christum, Dominum nostrum. Dum pectit se: Corripe me, Domine, in misericordia, et increpa me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Per Christum, Dominum. Dum lavat manus: Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus, ut, sicut a nobis exterioribus abluuntur inquinamenta manuum nostrarum, ita a te interioribus mundentur pollutiones mentium, et crescant in nobis augmenta sanctarum virtutum. Per Christum, Dominum. [Dum tergit manus:] Da, Domine, virtutem manibus nostris, ad abstergendam omnem maculam immundam, ut sine pollutione mentis et corporis servire tibi valeam. Per Christum, Dominum. Ad humerale: Pone, Domine, galeam salutis super caput meum, ad expugnandam et superandam diabolicam fraudem in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Per Christum, Dominum. Ad [albam]: Indue me, Domine, vestimento salutis et iustitiae et intellectu spirituali. Per Christum. [Ad cingulum:] Præcinge, Domine, lumbos mentis et corporis mei, ut iugiter in eis maneat tenor «sanctitatis» [orig. del.] sanctae caritatis. Per Christum, Dominum. [Dum appendit balteum cingulo:] Accinge, Domine, gladium tuum super femur tuum, potentissime, ut viriliter possim contra inimicos meos dimicare spe firma caritatis aeternae. Per Christum. [Dum ponit stolam

*cervici:*] Stola iustitiæ circumda, Domine, cervicem meam, et ab omni corruptione peccati purifica mentem meam. Per. [*Item alia:*] Tollite iugum meum per vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Iugum tuum, Domine, suave est, et onus tuum leve omnibus, invocantibus te in veritate. Me per hoc iugum, quæso, ab omni protege iniquitate. Per. [*Dum induitur tunica, dicat:*] Indue me, Domine, tunica iustitiæ et innocentiae, et da, ut per [*coni. S pro*] me verba tua sancta resonantia plebs tua mentis auribus possit percipere, et in ipsis [*coni. S ipsas*] et per ipsa ad vitæ æternæ fructum congaudeat pervenire. Per Christum. Ad [*dalmaticam:*] Domine, Deus, indue me, quæso, vestimento salutis, et indumento iustitiæ atque lætitiæ sempiternæ circumda me semper. Per Christum, Dominum. Ad [*manipulum:*] Manipulum innocentiae pone, Domine, super manum meam, et appone iustitiam pro iniquitate mea. Per Christum. [*Alia oratio:*] Da mihi, Domine, sensum rectum et vocem puram, ut implere possim laudem tuam, ad promerendam misericordiam tuam magnam et sempiternam gratiam. Per Christum, Dominum. Ad [*crucem pectoralem:*] Te obsecro, Domine, ut tua virtute meum pectus munias, animam confortes, cogitationem sanctifices. Per Dominum Iesum, qui pendit in te. Amen. Ad [*casulam:*] Indue me, Domine, ornamento humilitatis et pacis, ut, undique munitus virtutibus, possim resistere vitiis et hostibus mentis et corporis. Per Christum, Dominum. [*Alia:*] Creator totius creaturæ, Deus: dignare me, indignum famulum tuum, indumentis lætitiæ iustitiæque induere, ut pura mente ante conspectum tuum astare merear. Per Christum Dominum. Ad [*chirothecam:*] Indue, Domine, Deus omnipotens, manus meas iustitia et innocentia, ut, mente purgatus, digne tractare possim tua sancta mysteria. Per Christum Dominum. Ad [*anulum:*] Anulum, Domine, tuæ subarrationis infer digito meo pro signaculo tuæ sanctissimæ defensionis. Per Christum. Ad [*cidarim:*] Pone, Domine, galeam salutis in capite meo, ad superandas et expugnandas omnes diabolicas catervas. Per Christum. Ad [*baculum:*] Da, Domine, baculum iustitiæ, virgam directionis, virgam regni tui, ut, te feriente, quos debeo, feriam, et, te parcente, quibus convenit, parcam. Per Christum, Dominum nostrum. Amen.

[*Accessus altaris*] Adiutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit. Ps. Iudica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo et doloso eripe me. Quia tu es, Deus, fortitudo mea, quare me reppulisti, et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam et veritatem tuam, ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua. Et introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuventutem meam. Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus, quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei et Deus meus. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto etc. Introibo ad altare Dei. Ad Deum qui lætificat. Confitemini Domino quoniam. Quoniam in sæculum. Confiteor Deo omnipotenti, et beatæ Mariæ etc. Misereatur tui omnipotens Deus etc. Indulgentiam et absolutionem et remissionem omnium peccatorum nostrorum, [spatium et] fructum veræ pœnitentiæ et emendationem vitæ per gratiam Sancti Spiritus tribuat nobis omnipotens Pater et misericors Deus. Amen. Deus, tu conversus vivificabis nos. Et plebs tua. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. Et salutare. Sacerdotes [*coni. S Sancti*] tui induantur iustitiam. Et sancti tui. Dominus vobiscum. Et cum spiritu. [*Acedat ad altare:*] Aufer a nobis, quæsumus, Domine, cunctas iniquitates nostras, ut ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire. Salvator mundi, qui vivis et regnas, Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.